

CHRISTIANI SCHLEGELII

DE

NUMMIS ANTIQVIS

GOTHANIS, CYGNEIS,
COBURGENSIBUS, VINARIEN-
SIBUS ET MERSEBURGEN-
SIBUS,

DISSERTATIO,

In qua simul obiter

DE NUMMIS QVIBUSDAM

PRISCI ÆVI

ALTENBURGENSIBUS, AUGUSTANIS,
HALENSIBUS, FRANCOFURTENSIBUS, NORIBER-
GENSIBUS ET ULMENSIBUS

agitur.

FRANCOFURTI & LIPSIAE,

Sumtibus JOHANNIS GEORGII SCHLEFFELII,

Bibliopola Hilperhusani.

GOTHÆ, TYPIS REYHERIANIS.

Anno MDCCXVII.

CHRISTIANI SCHLESINGII

DE

NUMMIS ANTIQVIVS

GOTHANIS, CYGNIBVS,

CORVAGENSIBVS, VINDARIBVS,

SIBVS ET MERSEBERGEN-

SIBVS.

DISSERTATIO.

In pva simul officio

DE NUMMIS QVIBVS DAM

FRISCI & VI

ALTENBURGENSIBVS, AUGUSTANIS,

HALENSIBVS, FRANCOVRTENSIBVS, NORBER-

GENSIBVS ET CLEMENSIBVS

agitur.

FRANCOVRTI & LIBRAE,

Sumptibus IOHANNIS GEORGI SCHLESINGII

typis impressa.

MDCCXXVII.

Anno MDCCXXVII.

mume
belli
ria ac
notur
mum
jus ex
adde
ret fe
avi,
tales
Negl
rū he
tacit





Amice Lector.

BONO vino non opus est hederā, proverbium loquitur: prolixo igitur præloquio, amice lector, te non fatigabo, imprimis cum scientia & numero, quod doctissimus hujus eruditi libelli autor a longo tempore in re nummaria acquisivit, omni orbi literato superflue notum sit. Et quid laudem præstantissimum Nobilissimi viri laborem? Eruditio ejus eximia nulla indiget laude; hoc tantum addere volo, Germaniæ Historia longe foret felicior, maxime quoad tempora mediæ ævi, si ante trecentos ad minimum annos tales rei numismaticæ heroes habuissemus. Neglectus enim studii hujus per necessarii haud raro ipso in meridie nos reptare facit; & ille ipse neglectus Germaniæ nostræ

stræ historiam adeo hiulcam, adeo man-
cam reddit, licet indefessus eorum labor,
qui nobilissimo huic studio se devovere, in
expellendis hisce lacunis die nocteque de-
sudet. Nobilissimus hujus eruditi libelli
autor in utilissimo hoc opere non ultimus
est, de quo præsentis paginae, cum reli-
quis ejusdem instituti eruditae operi-
bus copiose loquuntur. Non inter mi-
nimos igitur honores Bibliopola collocat,
quod ex ejus officina liber prodeat, cujus
autor magna inter eruditos æstimatione
pollet; cujus labores Orbiliterato adeo ac-
cepti sunt; & ex quibus Historiæ tantum
luminis affertur. Nullus dubito, quemlibet
eruditorum Nobilissimo autori vitam satis
longævam ex animo apprecaturum, quo
indefessus & elegantissime edoctus cala-
mus ejus plures in hoc studio jucundissi-
mos ac summe necessarios labores proferre
possit. Tu autem, Lector benevole, va-
le, & fave.

I. I.





...as vt ad
...sequor, fi
...dignitatis,
...a Prouinc fr
...faciam, of
...cumultuar
...ce. ceu sper
...nem vel i
...edas, est,
...ere.

¶ II. Sci
...hospit[al]i[um]
...scripta,
...manorab[us] vn

¶ Anno m[er]
...censu[us] sub



7. 7.

§. I.



Nus pròpèmodum alterque effluxit annus, ex quo alii magis intentus operæ, ferias meis quilibuscunque indixi Musis, circa *Nummos Thuringicos & Misnicos* alias ex promisso & pro viribus occupatis. Nunc vero *Amicorum quorundam* denuo iterumque exstimulatus literis, eas vt ad vetus officium redire rursus iubeam, illa ipsa, qua istos prosequor, facit obseruantia. *Alphabeti* equidem, aut alio quouis vel *dignitatis*, vel *antiquitatis* obseruato ordine, *Thuringiæ* ista ac *Misnia Urbium* fragmenta à me, *Lector beneuole*, non expectabis, nec, vt id faciam, officii institutique mei permittit ratio; sed libera saltim actumultuaria prope commentatione ista explicata, lucique pristinae, ceu spero, restituta, vt æqui bonique saltem consulas, maiusque meum vel in hac parte discendi studium, quam docendi desiderium credas, est, quod in limine heic statim maximo te rogatum cupio opere.

§. II. Scilicet postquam *Epistola de Nummis Altenburgensibus ad Amplissimum Virum, WILHELM. ERNESTVM TENIZELIVM*, perscripta, (a) potissimum id egerim, vt illos nummos, quibus *rosa* *manui* ab vna parte est impressa; ab altera vero vel *cruce* solum, vel

A

(b) *leo*

(.) Anno nempe MDCXCVI. *Dresda*, in forma, vt vocant, quarta; quam propediem & prelo denuò submittere est animus.

(b) *leo cruci inherens* conspicitur, (c) ALTENBURGO vindicarem, idque tum ex *specialibus* huius urbis perantiquæ *Insignibus*, (d) tum ex *Notitiis*, olim *ibidem officinam monetariam*, eandemque *celebriorem fuisse*, clare asserentibus; alios subinde, data hac ipsa occasione, produxi, *gemina plane figura ab utraque facie conspicuos*, indicatis tamen simul & illis *Civitatibus*, quæ istos olim in lucem dedere, HALLA, scilicet, *Suevia*, & AUGUSTA VINDELICORUM, FRANCOFURTO ad *Mænum*, itidem NORIMBERGA, aliisque forsan, quæ nondum compertæ nobis sunt, Imperii Urbibus liberis.

§. III. Et hoc potuisset videri satis, me quippe tunc saltem de *figura, materia, ætate, valore, nomineque nummorum* istorum *Misnia*, cuius nativum, nec postremum decus Urbs illa ALTENBURGUM celeberrima huc usque servat, sollicito; at *originem istam his characteribus signandi* curatius exinde scrutaturo *altius repetendam esse* videbam facile: id nunc facturus, inque proëmio hocce eandem investigaturus, quousque mihi certis subnixo Autorum testimoniis licebit.


§. IV. Cum ergo ibidem jam ostenderim, ALTENBURGUM Civitatem non solum *antiquioribus temporibus*, quibus *Urbis Imperialis* tuperbiit *nomine*, monetam emisisse in publicum, sine dubio, & quod vero propius omnino nobis videtur, vel (e) *aquila μονοκεφάλω*,

(quæ

- (b) Æri incisos vide hos nummos T. I. N.1. & 2.
- (c) Talem contemplandum habebis T. I. N.3.
- (d) Eadem æri incisa obviabunt tibi Tabula eadem I. N. 4.

(e) *Aquila, scilicet uniceps alis expansis* circumscripta est in *Sigillo antiquissimo Civitatis*, Anno MCCLXXXIII. usurpato, his literis: S. (h. e. SIGILLVM) BVRGENSIUM IN ALDENBVRG. *Insignibusque his ipsis* usa est Civitas ad annum circiter vsque MCCCLVIII. En *eius delineationem* heic additam!





Numi Gothani.

1. No. 1.



DER
ALLER ERB
PFENNIG BIN
ICH GEMACHT
VEM HAVS GRIM
ENSTAIN DAS HA
B. GV. ACHT. IM
1573. IAR. DARV
KHAIN VTAGT
MANN WAR
6. 1. 1. 6.

4. DER
ALLEB. E
RSTE PFENN
IEG BIN. ICH
WORDEN. GEMA
CHT. WIT. DEM
HAVS GRIMME
NSTAINDES. HA
B. GVTE. ACHT
IM. 1573. IAR.



OCV
LEDNI CO
TEMPLATVR
VNIVERSA TER
RA ET PRAEBET
FORTITVDINE. HI
S. Q. CORDE. PFE C
TO CREDVNT IN
EV. M. HE

MO. NO. IO. H. F. I. D. S. A. X. E. T. N. A. E.
SEN. DV. S. A. X. E. T. N. A. E.



31. TRIUMPHAT TANDEM BONA CAUSA
TRIVMPHAT TANDEM BONA CAUSA

MDLXVII
GOTHA CAPTA
SVPPlici ODEPRO
SCRIPTIS IMP. HOS
TIB. OBSESS. SVMPTO
COTERISQ. FVGATIS
ANGVSTVS D. SAXO
ELECTOR. OC.
F * F.

32. TRIUMPHAT TANDEM BONA CAUSA
TRIVMPHAT TANDEM BONA CAUSA



Cygnus.



EX
MERITO
NIVEVS
DONA REPO
NITOLOR
7. 1. 3.







...que apud al
 ...num.
 ...qual
 ...L.N.7. h
 ...per
 ...alrum, n
 ...pluri
 Tabula h
 ...dispi
 & V. I
 ...mus, pau

 ...ne, ut est
 ...spec. Mon
 ...vritatis
 ...M. Imper
 ...forma
 ...in de Scito
 ...Eradit
 ...Sue de Cl
 ...tes/Dien
 ...tate sum
 ...Sachse
 ...ut ibe ab
 ...pm Den
 ...wie sie d
 ...Sachse
 ...lle Licera
 ...le. Et à qu
 EINBECK
 ...finitate
 ...preferant
 ...mani, (om
 ...quale am
 ...Et ratio
 ...nuncio sit
 ...quia, ut
 ...in Durat
 ...biblio Al

(quæ ipsius alias *ordinarium* fuit *deiyua*, & in aliis quoque Civitatum *imperialium* nummis olim hodieque conspicitur) signatum, qualem Tab. I. num. 6. exhibui; vel forte *sola litera A*, *antiquioris figure*, insignem, qualem maximi moduli me aliquando vidisse, (f) memini, Tab. I. N. 7. heic adjectum; sed & illo adhuc *tempore*, quo jam in *Marchionum* pervenerat manus, specialem ex singulari gratia nactam indultum, *nummos varii moduli*, quamvis, qui hodie sunt obvii, *minores plurimum*, *aliarum urbium exemplo*, cudisse, à me sub N. 1. 2. 3. Tabula hac ipsa I. denuo in conspectum productos: de *origine ipsorum* dispiciendum nunc erit pluribus.

§. V. Prius vero quam ad *hanc* descendamus, *utrumque*, quod diximus, paulo certius adhuc corroboratum dabimus. Et prius quidem

A 2

dem

(f) Hunc, ut est, delineatum adjeci. Gemellum, licet paulo *minorem*, sistit etiam *Tilemannus Frisius* in *Spec. Monet.* p. 119. Et quamvis non nesciam, illum ab aliis referri ad Nummos *Stadbergera* civitatis (*Eresburg* olim dictæ) quod ejus monasterium *Benedictini Ordinis* ibidem à *Carolo M.* Imperatore, Anno *DCCXCIX* *primum* fuerit in *Saxonia* fundatum, adeoque *antiquam* *hujus forma litera* tum in *nummis*, tum alibi præ se tulerit; Ita enim *Nobilissimus Dn. Paulini* in *der Zeitfährzenden erbaulichen Lust* P. I. p. 373: Darum liessen hiebevör, die

Stadberger allemal ein **A** auf ihre Münze prägen, zum Andencken, daß Sie die ersten und ältesten **A** in ganz Sachsen wären, bey denen der Gottesdienst würcklich eingeführt worden. Et paulo ante: Diese (Kirche) trägt zum Merckmah! ihrer ersten Geburth und Vorzugs vor allen andern in Sachsen noch izo (wie es hinten an der Kirchthür in Stein gehauen zu sehen ist) ihr altes **A**. Dann daß Kayser Carl nach dem Alphabet gestiftet, und jedes zum Kennzeichen mit einem göldnen Buchstaben, so an etlichen noch zu sehen ist, wie sie aufeinander gefolgt, bemercket habe, ist auch aus dem Glossirer des Sachsen-Spiegels zu sehen; Ab aliis vero *Alberto*, *Thuringiæ Landgravio*, quod ille *Literas DV.* *Duringiam* forte denotantes, sistere videatur, assignari: quod tamen non esse, & à quovis alio, quam *illo ipso*, signatum esse, alibi docebo. Et licet sint Civitates, v. g. **EINBECKA**, **GOTTINGA**, **NORTHEMIVM**, **PERVSA**, quæ in nummis suis antiquis, *bracteatisq;*, *primam nominis sui literam*, v. g. præferant; *priori* tamen, uti supra jam innotuit, *sententie* accedere mallem, eam *Aquila* *anticipitam* in *nummis suis* usurpassè.



Et nescio sane, an non ille ipse nummus, quem Tab. I. N. 6. æri incidi heic curavi, eidem omnino sit tribuendus? Exacte quippe cum *sigillo Urbis Altenburgensis antiquo* per omnia, ut aspectus oppido docet, conveniens. Asservatur autem iste hodie in *Nummophylacio Ducali Vnariensi Saxonico*, sub *Henrici illustris*, *Marchionis Misniæ*, nummis, à quo sine dubio *Altenburgi* fuit conflatus, urbis illius tunc *Domino*.

dem, civitatem scilicet monetariam existisse jam, ubi Urbis imperialis libertate adhuc fruebatur, quod attinet, illud facile ex frequenti non solum veterum denariorum Altenburgensium, sed & ipsius officina monetaria Altenburgensis, itemque Monetariorum ibidem in antiquis diplomatibus mentione evincitur. Nobis in præsens ex multis pauca sufficiant, eoque certiora, quo clariora.

§. VI. Nempe anno jam MCCLVI. cum Altenburgum, civitas tunc imperii libera, pignoris loco HENRICO illustri, Marchioni Misnensi, à Friderico II. Romanorum Imperatore, traderetur, officina Monetaria, quæ diu jam ibidem exstiterat, inter alia specialiter in privilegio (g) fuit hunc in modum prospectum: **MONETA VESTRA [ALTENBURGENSIS] IN STATU PRISTINO PERMANEBIT.** Ita videlicet, quod decem & novem solidi cambiantur, (hoc est, communiter permutentur) pro marca. Quicumque autem civium vestrorum Monetario dederit novorum denariorum & inconvulsorum plus uno solido, quam ipse in cambio pro marca dare consueverit, Monetarius ei marcam argenti dabit. Insuper civis à cive, vicinus à vicino unam duntaxat marcam interdum potest cambire. Cum DENARIIS ALDENBURGENSIS MONETÆ quatuor comparari debent, videlicet annona, mel, hinnulus (ut habet autographum, qui tamen nihil aliud est, quam lupulus, Dopffen) & lana, cetera cum ceteris monetis indifferenter possunt comparari. MONETARIUS nullum DENARIUM ALDENBURGENSIS MONETÆ constringet, quantumcunq; sit antiquus.

§. VII.

(g) Datum est hoc ipsum privilegium ab Henrico illustri anno citato MCCLVI; Indictione XIII; tertio Non, Decembr.

Tabula IV.






§ VII.
 ...ricula ne
 ...ros ad
 ...heic fu
 ...am sol.
 ...ram e
 ...qui u
 ...m dena
 ...mburgit
 ...ulle ab
 ...). Porr
 ...enburg
 ...recom
 ...grina &
 ...cicem r

1) Tlemar
 ...nd get
 ...Schil
 ...elo werc
 ...Hatefer
 ...marcan
 ...Eingef
 ...ing ein
 ...deBard
 ...in, und
 ...Schill
 ...ndgran
 ...Wand fr
 ...stliche
 ...Cazant
 ...in Danc
 ...W in be
 ...eghen

§. VII. Quæ egregia prorsus *Altenburgensis* antiquitatis particula nos satis instruit, *novendecim solidos* (Schillinge) commutatos *olim*, & dum *libertate* sua, quam ab *Imperio* acceperat, utebatur, heic fuisse pro *marca*, (marck) five, quod idem est, *novendecim solidis æstimatam communiter fuisse marcã*, (aut *marcã* *ordinarie venisse pro novendecim solidis*. Dehinc, qui *unum* adhuc *solidum*, hoc est, *viginti solidos novorum denariorum Altenburgensium* (gg) (20. Schillinge der Altenburgischen Pfennige) dederit *Monetario Altenburgensi*, accepisse ab *eodem marcã argenti in natura*. (eine Marck Silbers.) Porro *non plures marcas argenti simul à monetario Altenburgensi pro viginti solidis semper & quocunq; tempore commutare tunc licuisse civibus & vicinis, nedum peregrinis & extraneis, sed diversis saltem & subsequenteribus invicem temporibus, zu Stunden / uti versio antiqua habet Ger-*

(gg) Tilemannus Frisius consentit in Speculo suo Monetario p. 137: Daß 20. Schillinge ein Pfund gethan. Idem p. 138: Welcher Pfennige an Münze 12. einen silbern Schilling/und 20. Schilling eine Marck wägen sollten. Et p. 121: Daß der gemeine Mann in diesem Seculo vorerst mit den struben Pfennigen nach Schillingen und Lothen/Verdingen und Marken/ auch Pfunden zu 20. Schilling/Pfennige gehandelt. Ex quo patet, talentum & marcã quandoq; æquipollere. Tilem. Frisius p. 141: Wie solches der Text des Sachsen-Spiegels anzeigt Lib. III. Art. 45. da 20. pfändige Schilling eine Marck/und 20. Schilling ein Pfund machen, daß dero Zeit Marck und Pfund eines gewesen/ jedoch daß die Marck nach der Wichte, und die Pfunde nach den 20. Schilling/Pfennigen taxiret worden, und nach Langheit der Zeit die löfliche Marck höher worden, als das Pfund, dieweil 20. Schillinge eines jeden Landes Münze ein Pfund machen/so wol in Teutschl. Welschl. und Frankreich; da aber an etlichen Orten keine 20. Schillinge, sondern minder oder mehr das Pfund seyn, dasselbe geschicht per accidens, da eine Veränderung der Pfennige vor Zeiten mag geschehen seyn. Conf. ea, quæ ex T. Frisio ad §. 23. in notis infra in hanc rem adducturi sumus. Cum quibus conspirant, quæ habet idem p. 117: Der Münzmeister hat alle Jahr (zu Erfurt) um Jacobi neue Pfennige schlagen müssen, die der Stadt und dem Lande trüglich waren, so ist den demselben der Wechsel gewesen, daß man gewußt, was man vor den Schlegeschatz gegeben, desgleichen vor jeder Marck zu wechseln, das ist ein gesetzter Lohn gewesen.



manica, hoc est: nach der Hand/je zu Zeiten, dann und wann wohl. Quod vel propterea factum fuisse reor, ne defectus cum tempore ingrueret *repentinus, inopinatusque, argenti, metalli* quippe apud Germanos olim hodieque rarioris, indeque *astumatissimi*. Rursus, *alius generis, typique, diversorumque Imperii Statuum nummos* equidem *Altenburgi* illo jam tempore invaluisse, frequentique admodum fuisse *in usu, passim etiam indifferenterque*, uti legitur in *Notitia*, (untereinander) *ibidem valuisse*; sed *rerum illarum, quarum maximus in vita communi est usus*, nec egere iisdem facile quisquam potest, quarumque cumpri-
mis in *ditione illa insignis* præ aliis solet esse *proventus, frumenti*, nempe, *lupuli, lane, mellis*, SOLA ALTENBURGENSIS MONETA (alleine mit Pfennigen Altenburgischer Münze,) *facienda fuit emtio omnis, atque venditio*; quo frequentius nempe hoc in ipso veluti clauso territorio non solum commearent, sed & *extra hoc ipsum territorium* non facile iisdem exportarentur, hac ratione saluberrime caventes. Ut denique & *integritati, & longiori* hujus ipsius *monetæ durationi* prospiceretur, cautum simul fuit hoc edicto, ut nulli *monetario Altenburgensi*, nedum *civi, aut vicino*, licuerit *denarium Altenburgensem*, quantumvis etiam *antiquum, infringere*; quo scilicet *major horundem copia* subinde incolis semper suppeteret; & magis exinde nunc mirari subeat, quo tandem, cura tam eximia à *Marchione* suo pro eorundem conservatione adhibita, *tanta eorum copia* post aliquot saltem seculorum decursum *jam abierit?* nec unico de iisdem hodie amplius conspiciendo? nisi id *mutationi monetæ* toties factæ, & conflaturæ aurifabrorum (*h*) velis &, meo quidem iudicio, ex re & vero adscribere.

§. VIII. Audiemus nunc etiam *frequentiore* ALTENBURGENSIS MONETÆ in *diplomatibus mentionem* in subsequentibus quo-

(*h*) Affluentem habeo *Adolphum Occonem*, jam suo tempore an. 1539, in *Crusii Ann. Svecic. L. XII. P. II. p. 564.* scribentem: *Sed quid mirum, hæc (ut mihi quidem videtur) omnia Vulcano tradita: cum id nostris etiam temporibus fieri consueverit? Paucissimos reperis Maximilianos I. Carolos V., Ferdinandos & Maximilianos II. &c.* Nos in nostra urbe vix habemus aliam monetam, quam dimidios *Baziones, & tres quaarantaries.* Reliqua numismata omnia ob defectum argenti à *Vulcano* traduntur ad fabricanda *vasa in Turciam mittenda.*

quoque temporibus, veluti in compendium à nobis redactam. Anno videlicet MCCLVIII. *Heidenricus, Commendator fratrum domus Teutonice in Altenburgo* literis confitetur publicis, (i) *Ecclesiam monasterii S. Mariæ virginis ibidem in monte DVDDVM* recepisse à se pro tribus mansis *Heidenrici Puella*, civitati dictæ adjacentibus, quindecim solidos nummorum ALTENBURGENSIS MONETÆ. Sequenti anno MCCLXIII. *Salomon, Præpositus supra dicti Altenburgensis Monasterii*, diplomate (k) confirmat *duas marcas argenti singulis annis solvendas in MONETA ALDENBURG*, accedente consensu *Domini Alberti, Principis terræ*, CUIVS DOMINIO DICTA MONETA PERTINUIT, quas *Vlricus, Plebanus in Essenvelt, Monasterio dicto legaverat*. Eodem quoque anno MCCLXIII. *Thimo de Litznic, miles, cum consensu laudati Landgravii, Alberti*, sæpe dictæ *Conventuali Ecclesiæ & fratribus B. Virginis in monte duas marcas reddituum annualium in MONETA ALDENBURG in perpetuum dedit, quos redditus dictus Dominus Thimo in EADEM MONETA habuerat AB IMPERIO EX ANTIQVO*; quasque *duas marcas MONETARIVS CIVITATIS IN ALDENBURG, quicumq; pro tempore exstiterit, in festo B. Martini, confessoris, annis singulis Custodi ejusdem ecclesiæ persolvere debuit*. (l) Et quando diplomatis autor, (quod probe notandum) pergit, indicatque, quod *illarum marcarum tres fertones cedere debeant pro vino & oblati ad diuinum officium, unus præterea in anniversario ministretur, de residua vero marca consolationem sibi fratres faciant in Quadragesima*; simul hoc palam fit, *marcam olim ex quatuor fertonibus (Viertingen) constitisse*. Anno MCCLXXV. *Heinricus Clipeator, Senator Altenburgensis, unum talentum nummorum annui census in MONETA ALTENBURCH à BERTHOLDO MONETARIO eximere, & solutum reddere promisit*
per

(i) Datæ sunt Non. Aprilis Indictione III. dicto anno.

(k) Scriptum hoc est *Altenburgi* Anno MCCLXIII. V. Non. Martii Indictione VII.

(l) Exaratum est V. Non. Martii A. MCCLXIII.

per manum Alberti, Burggravi, cum consensu Alberti, Landgravi Thuringia, Ecclesie monasterii Altenburgensis. (m) Porro, Philippus, Rex Romanorum, eleemosynam faciens eidem Ecclesie in dotem altaris S. Galli unum talentum nummorum in MONETA ALTENBURC appropriavit; Cujus pia devotionis vestigia sectans Albertus, Burggravius in Altenburg, unum pariter talentum (verba semper studio retinemus notitiarum) in praedicta MONETA eidem Ecclesie libere A. MCCLXXIX. contulit. Quod & Guntherus de Crimascowe (Crimitschau hodiernum est) Judex terrae Plisnensis, in diplomate, anno MCCCXXIII. dato, non reticet, in quo inter alia: Praeterea recognoscimus, praefatam ecclesiam DVIVM habuisse unum talentum nummorum in MONETA ALDENBURG, quod gloriosus Dominus noster Romanorum Rex, Philippus, patruus praefati domini nostri Romanorum Regis Friderici, devote contulit in dotem altaris S. Galli, quod in Ecclesia Sancti Nicolai, Episcopi & Confessoris, in civitate Aldenburg est constructum. Quo ipso (MCCLXXIX.) anno etiam Henricus, Advocatus de Wida, (Weida hodie audit) dictae Ecclesiae iterum duo feoda in villa Buschowe, solventia annuatim in Festo S. Michaelis duos pullos, viginti septem solidos nummorum, novem modios siliginis, & dimidium modium tritici ALTENBURGENSIS MONETAE & Mensurae, quae Merbothe de Smolne & Domina Adelheydis de Buschowe, Conradus & Gisela legaverant, confirmavit. (n) Anno MCCLXXXVI. Theodericus, Thuringorum junior Landgravius, toties laudata Ecclesiae iterum duas marcas argenti & duo talenta nummorum in MONETA ALDENBURC Notitia publica adscripsit. (o) Non minus & Rudolfus, Rex Romanorum, anno MCCXC. IV. Idus Novembris (verba sunt ipsius iterum Notitiae) Cænobio S. Mariae in monte ante Altenburch, Ordinis Augustini, Canonicorum Regularium,

(m) Diploma Alberti, Landgravi Thuringiae, datum est A. MCCLXXV. Indictionis anno III.

(n) Subscriptus est annus MCCLXXIX, Indictione XII.

(o) Scripta est in Altenburc. A. MCCLXXXVI, Indictione XV.

um, inter alia & duas marcas argenti in MONETA AL-
TENBVRC, & tria talenta nummorum insuper, aliaque
duo talenta in EADEM MONETA, quæ hæredes Merbo-
thonis de Smolne ab Ecclesia hereditate possederant, confirma-
vit. (p)

S. IX. Atque ut ex sequenti seculo etiam aliquot adhuc produ-
camus testimonia, sciendum est, quod A. MCCCVI. Albertus, di-
ctus de Hoinlo, Judex terre Plisnensis, eidem Ecclesie unum hortum ole-
rum, ad Gerstinberch situm, unum talentum denariorum AL-
TENBVRGENSIS MONETÆ in festo S. Martini census annui
solventem contulerit. (q) Imo Albertus, Imperator, anno sequenti
MCCCVII. quatuor talenta nummorum in MONETA AL-
DENBVRCH, quondam HENRICI MONETARII, & u-
xoris suæ, Domine Iutta, in dotem toties laudata Ecclesie, diplomate
(r) adscripsit, atque ita, ut duo cedant in usum Dominarum istius Ecclesie,
& reliqua duo sint fratrum, sive Dominorum montis, consolationibus as-
signata. Præterea Anno MCCCXIV, Hermannus, dictus de Egra,
Gardianus Fratrum minorum in Altenburch, vendidit Conventui S. Vir-
ginis ibidem unum mansum in villa Lauren, singulis annis in Festo Bartho-
lomæi solventem unum talentum nummorum ALDENBVR-
GENSIS MONETÆ. (s) Anno MCCCXXVI. Johannes A-
narcus & Henricus, fratres, dicti de Wildinvels, monasterio laudato
tradiderunt duos mansos, sitos in pago Puthozewe (Puthesey) persol-
ventes tres marcas annui census PONDERIS ALTENBVR-
GENSIS.

B

GEN..

(p) Datæ sunt Literæ Altenburgi anno dieque supra notatis.

(q) Subscriptio habet: Altenburch pridie Non. Noë. Indictione V. citato Anno MCCCVI.

(r) Datum illud est in Terra Plisnensi, prope Rigitz, (sine dubio hodiernus pagus Regis est,) An.
MCCCVII. Indictione VII. IV. Idus Novembris.

(s) Conscriptum est diploma A. MCCCXIV, uti diximus, in die S. Egidii, Indictione XII.

GENSIS. (t) In diplomate denique *Regis Ludovici*, Anno MCCCXLIV. (u) conscripto, mentio injicitur *quatuordecim talentorum LATORVM DENARIOVM IN MONETA IN ALDENBVRCH*; iisdemque prorsus verbis, ut supra retulimus, *Fridericus strenuus, & Balthasar, Marchiones Misnenses, & Landgravii Thuringie*, ANNO MCCCLVI. Notitia *Rochlizi* vigilia quarta post diem *Jacobi*, apostoli, exarata, præceptum *Henrici*, illustris, circa MONETAM ALTENBURGENSEM repetunt, confirmantq; (*)

§. X. Oblitus fere fuisse memorabilis admodum Diplomatis *Friderici*, admorsii, *Marchionis Misnensis*, Anno MCCCXV. exarati, scopum nostrum tangentis propius & non solum egregie docentis, *quatuordecim talenta ex MONETA ALTENBURGENSI* accepisse quotannis *Johannem, Præpositum B. Mariæ Virginis in monte, successoresque ejus*; sed & à quibus legata ista fuerint in monasterium profecta, & in quem usum præterea eidem ab antiquo exstiterint dicata. Verba vero ejusdem ita habent: *In nomine Domini Amen. F. (Fridericus) Dei Gratia Misnensis & Orientalis Marchio & Thuringorum Landgravius & Terre Plisnensis Dominus. Universis Christi fidelibus in perpetuum. Cum in obsequiis & petitionibus nostris Dominum Johannem, Præpositum Ecclesie Sancte Mariæ Virginis in Aldenburg, pa-*

92-

- (t) Dißo sc. anno MCCCXXVI. feria II. qua cantatur *Quasimodogeniti*, pridie Kalendis Aprilis.
- (u) Subscriptio hujus diplomatis ita habet: *Francensford feria V. ante Festum S. Catharinae Virginis Anno Domini MCCCXLIV. Regni nostri anno trigesimo, Imperii vero decimo septimo.*
- (*) Versio hujus Germanica talis est: *Ein Münze blicbet dir bey yrin erstin stehin/also das man neunzehen Schillinge wechseln soll vor eine Mark, welcher euer Bürger einer deme Münzmeister der neuen Pfennige und der unverworfen, oder unverschlagen, eines Schillings übergiebet/ denn er pfleget im Wechsel zu geben vor eine Mark, deme soll der Münzmeister eine Mark Silbers geben. Darüber mag ein Bürger von dem andern, ein Nachbar von dem andern zu Stunden eine Mark wechseln. Mit Pfennigen Altenburger Münze soll man viererley Kauffen, Korn, Hopffen, Honig und Wolle; Alle andere Dinge mag man mit allen andern Münzen unter einander Kauffen. Der Münzmeister soll keinen Altenburgischen Pfennig zubrechen, ob er wol alt ist.*

ratum & benevolum invenerimus, vice vicaria eidem occurrentes suis etiam precibus gratanter volumus inclinari. Igitur ad preces suas censum in MONETA ALDENBURG, quem hactenus sua possedit Ecclesia ratam habemus, & in hunc modum describimus possidendum. Dominus Prepositus singulis annis duo talenta recipiat, unum ratione dotis Altaris S. Galli in Ecclesia S. Nycolai constructi, alterum pro laboribus matutinalis Misse, que in Ecclesia S. Bartholomei diebus singulis observatur. Custos Ecclesie tollet sex talenta, duo pro memoria Ulrici Sacerdotis, Adelheidis, Gerderudis & Berchte, sororum de Eschenvelt, que statuerunt inde eorum anniversarios dies peragi, & vinum & oblatas comparari, & in quadragesima sportam ficuum conventui ministrari. Idem custos duo talenta tollet pro memoria HENRICI MONETARII & uxoris sue, Domine Jutte, ad eorum anniversarios peragendos. Item duo tollet pro memoria BERTOLDI MONETARII, & HENRICI, Filii sui, ad illorum anniversarios peragendos. Item Dominus Prepositus post obitum Dytheri, Scriptoris, tollet duo talenta, que ad altare S. Margarethe virginis in nova Ecclesia sunt dotata. Insuper proprietatem duorum talentorum habet Ecclesia, que Henricus, dictus Lincke, & uxor sua, Domina Jutta, in fœodo possident, & in signum homagii singulis annis in purificatione sancte Marie dant unum talentum cere Domino Preposito Ecclesie prenotate. In horum omnium stabilitatem perpetuam hanc paginam dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes sunt Dominus Ulricus, compater noster, Nuenburgensis Ecclesie Episcopus, Dominus Walterus, Protonotharius curie nostre, Hermannus Goldacker, Marsalcus noster, Ludericus Stango, Henricus de Knewe, Henricus de Stüdenschen, Castrenses in Aldenburg, & alii quam plures. Acta sunt hec Anno Domini mcccxv. Indictione XIII. feliciter Amen.

§. XI. Sed nunc etiam de MONETARIIS ALTENBURGEN-

SIBVS dicendum esset, seriesque eorum afferenda, quousque ea haberi possit; sed, nobis festinantibus, eamque operam in aliud potius tempus rejicientibus, sequentes saltem habuimus obvios; HEINRICVM videlicet, Anno MCCIX; (y) HEINRICVM itidem anno MCCLXIII. & MCCLXIV. teste diplomate *Alberti*, Thuringiæ Landgravi, & *Salomonis* Præpositi Altenburgensis; BERTHOLDVM anno MCCLXXV. referente eundem notitia *Cusmanni*, Sculteti Altenburgensis, (z) & *Alberti*, Landgravi Thuringiæ; HEINRICVM, *Bertholdi* filium, anno MCCXCI. MCCXCIX. MCCC. & MCCCIII. vi litterarum *Theodorici*, Præfecti *de Altenburg*, itemque *Alberti*, *Burgoravii in laudata modo civitate*; BERTHOLDVM anno MCCC; HEINRICVMque denique anno MCCLXIV. Et quid plures? Cum & hi ad demonstrandum id, quod nobis sumimus, abunde in præsens sufficiant.

§. XII. Quæ sane satis nos non solum instruunt, edocentque, quod primum & antiquioribus temporibus OFFICINA & RES MONETARIA ALTENBURGENSIS ad ipsum omnino REGEM ROMANORVM; sequioribus vero ad laudatissimos supra MARCHIONES MISENENSES, Dominosque terræ Plifnensis, LANDGRAVIOS dehinc simul THVRINGIÆ, HENRICVM, puta, illustrem, ALBERTVM, THEODERICVM, FRIDERICVM *admorsum*, FRIDERICVM *strenuum* & BALTHASAREM, fratres, donec hoc jus à FRIDERICO placido in *Senatum Altenburgensem*, (quod *Insignia urbis*, *rosa leoque* satis declarant, aliarum urbium exemplo, fuit translatum, spectaverit; Sed etiam, quid *Marca ibidem valuerit*, & quot *solidis olim illa & civibus* & *exteris fuerit commutanda*? quod *marca talento* heic æquipolleat, (zz) quod *marca quatuor sub se fertones* continuerit? *quæ res nummis Altenburgensibus* olim fuere necessario & unice comparandæ? quonominde *denarii & solidi* venerint? *Pfennige* nempe & *Schillinge* appellati; *quæ cum cura, jussu Superiorum, fuerint ab ipsis Monetariis conservati*, & hoc denique non negligendum, quod *Monetarii* hujus

(y) Indicante hunc mihi Nobiliss. Dn. Forstero, Bibliothecario Altenburgensi meritissimo.

(z) Vide quoque supra §. VIII.

(zz) Hoc & supra à nobis fuisse monitum §. VII. meminimus.

ius urbis, vel *Henricorum*, vel *Bertholdorum*, nominibus gavi-
fi tantum fuerint; nomine *appellativo* Monetarii in *proprium*, more
istius seculi consveto, mutato; *veris* ipsorum *propriisque* hactenus
nondum investigandis. Ut adeò de hisce dubitandi amplius nulli
sit relicta occasio, nisi eidem, qui nodum in scirpo velit quæsitum.

§. XIII. *Posterius* vero, (de quo supra §. IV. jam locuti sumus)
quod concernit, nempe ab ALTENBURGO, illo etiam tempore,
quo jam in *Marchionum pervenerat manus, nos accepisse nummos*, in su-
pra jam indicata *Epistola ad D. Tenzelium* à nobis id non tantum fuit
ostensum, & ex *ipsis* Tabula I. sub num. 1. 2. 3. adductis *nummis* liqui-
do evinci potest; sed & in præsens *confirmabitur adhuc ulterius*, si ac-
curatius nunc *origines illorum attendamus*, & univèrsum *hujus generis*
monetæ successum.

§. XIV. Enim vero extra omne dubium credimus positum,
& communi veluti consensu comprobatum, vulgo sic dictos HA-
LROS ab HALA, *Svevia* Urbe antiqva, (a) primum signatos, esse
omnium antiquissimos, nomenque suum ab hac ipsa Urbe
simul primum esse indeptos.

§. XV. HALA *M* siquidem, *Svevorum*, uti diximus, *ur-*
bem, primum nobis dedisse illos nummos, qui *CRUCE* ab una, *MA-*
*NU*que ab altera parte, & sine literis signati, ex argento aereque cufi fu-
ere, (cujus generis & *argenteos* Tab. I. N. 5. 8. 9. itemque *cupreum* ea-
dem Tabula I. N. 10. in proscenium conspectumque omnium heic
denuo producimus) *Insignia* vel satis perfvadent, *olim hodieque*
ab hac ipsa urbe usurpata; Dexterâ scilicet *manus erectâ* in flavo,
& *aurea CRUX* in rubro campo, inque *scutis erectis*, quorum *latera su-*

B 3

peri-

(a) Licetque sub *Romanis* illa nondum exstiterit ut aliqui tamen volunt, certius tamen hoc est,
exorto *Christianismo S. I.*, *salinarumque*, (die Hall) & *nomen & natales* eidem dedisse, multa que
forsan de antiquitate ejus possemus apponere, nisi *apxevov* ejusdem anno jam 1376. in ci-
neres fuisset redactum; præterea & anno 1346. magno incendio fuerit deformata. Vide *Cru-*
sum Ann. Srev. L. V. P. III. c. 81. p. 287. Itemque II. VII. 5.

periora duos rectos, angulos constituunt, inferiora vero utrinque in rotunditatem abeunt. *Aquila*, quæ desuper scutum utrumque complectitur, recentioribus temporibus accessit. Nec deest *Authoris* luculenti testimonium, MARTINI scilicet *CRVSI*, Parte III, Libro IX, p. 499. *Annalium Sævicorum* hunc in modum scribentis: *Cum primum HALA Imperio Romano attributa esset, duo erant ibi Senatorum, vel Judicum, genera. Unum ex Nobilibus, (b) & Patritiis: quorum usus erat tantum in magnis Reipublicæ negotiis. Hi non tantum in Urbe, sed extra etiam, in prædiis & castellis habitabant, ac se solos cives Halæ nominabant, ceteros non item, qui de plebe erant. Hic nominabatur superior Senatus (der innere Rath.) SIGILLVM EORVM MANVS erat: ut qui superiorem mandandi potestatem (Oberhand) haberent. Feruntur in eo confessu novem equites aurati fuisse. (c) Ideo novies campana peculiari signum ad eum congregandum dari solitum esse. Unde postea etiam is pulsationis numerus in congregando Senatu servatus est. Alter Senatus, vel Judicium inferioris dignitatis erat: ex plebejo ordine (der äussere Rath) constitutus. Eorum munus erat cognoscere de civilibus causis, ut hereditate, ære alieno, conviciis; IN HORVM SIGILLO CRVX erat, ut qui sub potestate Superiorum essent. Curiam habebant ubi nunc frumentarium emporium est. Cum autem A. MCCCXL. magna incidisset discordia inter utrumque Senatum (unde seditio metuenda erat) per Cesareos Commissarios [quorum primus comes Wurtembergensis Vlricus erat (d)] res ita composita est, ut ex utroq; Senatu unum corpus viginti sex personarum fieret: ac semper pridie S. Magdalena Consul eli-*

(b) Confer hac de re rursus *Crusium* L. IV. c. II. p. 5. & Lib. II, Part. III, p. 97. & in *Paralipom.* p. 62. *Limnaum* L. VII. c. 24. *Nithardum* Lib. III. scribentem: Urbes *Edelingorum* fuisse domicilia. Et ex *Nobilium* frequenti ibidem habitatione recte omnino Excell. *Ludovicus* jus *monomachia* Senatui à Imperatoribus concessum deducit.

(c) Neque hoc mirandum, cum legamus, & aliarum civitatum, & forte minorum, magistratus olim constitisse ex Nobilibus.

(d) Vide in hunc finem *Chron. Mstrum Württembergense* p. 308.

geretur. Ita etiam ex utroque Sigillo VNVM SIGILLVM FACTVM EST
 (αει το εν σφαιριδι) MANV & CRVCE in campo rotundo posita : utraq;
 in cera rubra seorsim, seu in proprio scuto, apparenste, QVEMAD-
 MODVM IN HALENSIVM MONETA CONSPICITVR. Idem
 vero Jus cudendi Monetam talem ipsis & asserit Halensibus lauda-
 tus CRVSIVS L. VII. P.2. p. 226, scribens: LICET HALENSIBVS CVDE-
 RE MONETAM ARGENTEAM ET AVREAM, IN QVA EST MANVS ET
 CRVX, IN AQVILA. Et vel ipsæ *ædes hodiernum superstites* in urbis parte
Gelbingeriana, ubi olim moneta fuit cusa, die Münze audiens, id con-
 firmare potest singulariter.

§. XVI. Ex superius tamen dictis non statim sequitur, illos
 nummos, qui una ex parte *manum*, ex altera *crucem* exhibent, (Ta-
 bula nempe I. N. 5. 8. 9. 10. adductos) ante annum MCCCXL.
 fuisse cufos, reliquos, qui *manum* & *crucem* una facie simul sistunt,
 (qualem B. L. Tab. I. N. 11. æri incisum conspicias) post illum an-
 num fuisse obfignatos; neutiquam. Sed diu post annum MCCCXL.
 hunc morem signandi adhuc ab una parte *manum*, ab altera vero
crucem fuisse retentum, prorsus mihi persvadeo, nempe vel ob im-
 peritiam & ruditatem illorum artificum, qui *typarios* tunc conficie-
 bant, & *duplex scutum*; *manum* scilicet *crucemque*, parvo includere
 spatio nesciebant, vel quod *usus* jam inveteratus, notaque in mani-
 bus omnium per Germaniam fere incolarum symbola hæc & fi-
 gna hoc suaderent, ita ut prorsus & certissime credam, durasse hanc
 monetam suam signandi rationem usque in annum MCCCXCIV. quo
 quippe anno *Halensis moneta factam fuisse mutationem* per
Monetarium suum, Martinum Lerchium, peritiorem omnino
 prioribus artificem, & *Insigne*, uti nunc est, *conjunctim* quoq; pri-
 ma vice *in nummis* fuisse exhibitum, diligentissimus Historiæ pa-
 triæ conditor, *Martinus Crusius*, quoque adnotavit, (e) quæ cudendi,

(e) Ibidem loco citato; *Cum autem* MCCCCLXXXIV, anno NUMMI HALENSSES, qui HO-
 DIE

di, & insignia semper conjunctim imprimendi ratio in subsequenti-
 temporibus retenta fuit, uti non solum majoris moduli nummi &
Joachimici, semique thaleri An. 1542. & 1545. ab *Hala* urbe cusi, (ee) sed
 & minoris ponderis nummi, anno MDXVII. & MDCXVII. in *Jubilaeum*
Evangelicum ab ipsa celebratum obfignati, & sub N. 12. & 15. à no-
 bis in Tabula I. additi, nummuliq; A. 1681. & 1697. N. 16. 17. cusi testan-
 tur: quos adduxisse, ærique incisos exhibuisse saltem heic sufficiat.
 Qui posteriores singulis annis *Ratisbonæ* adhuc excuduntur, eo tantum
 fine, nè in desuetudinem jura hæc ipsorum abeant, & communiter à
Pastoribus diebus solis coram altari pueris ac puellis catechetica ex-
 ercentibus, beneque respondentibus, perinde ac in pagis, distribuun-
 tur; cum majores nummos diu non dedisse civitatem hanc, sciamus,
 eo quod forte *monetalia* ipsi defint, & aliorum Statuum Im-
 perii nummos sine commodo recudere nolint. (eee)

§. XVI. Sed ad *HALENSES* nummos redimus; & ne
 quis de antiquitate illorum forte ambigat, *librarum Halensium*
 (quarum computatio primitus sine dubio ex *Haleris* istiusmodi
 constitit) usum ab anno jam minimum MCCXXVIII. probatum dabi-
 mus. Eopte enim anno *Egenonem*, Comitem ab *Vrach*, prædium
Cimberbuch, quod *Conradus, Abbas Bebenhusanus*, à Ministerialibus su-
 pra laudati Comitis octoginta *Librarum* precio *HALENSIS*

MO-

DIE IN VSV SVNT, CVDERENTVR: Et die *S. Thomæ* publicarentur, quidam incola civitatis,
Sigismundus Weinbrenner, cantilenam de ea moneta composuit, ubi Insignium Halensium fe-
 cit interpretationem. Ex interpretatione hac vero planissime datur colligere, Insignia tunc in
 uno scuto fuisse à *Martino Lerchio*, Monetario, exhibita. Explicat enim Insignia, tanquam
 Deus providentia sua peculiariter huic Republicæ ad bene & feliciter gubernandum consu-
 lat. *Manus* (inquit) Deum Patrem significat; *Crux* Christum Redemptorem, *Aquila*, que in
 hac moneta utrumque scutum complectitur, bonos afflatus Spiritus Sancti, ibi jam Trini-
 tas personarum, sed rotunditate moneta unitas innuitur æternæ Deitatis. Pie magis hoc quam
 vere. *Manum* ab Imperatoribus eidem in Insignia concessam tamen existimarem, in servandæ
 fidei tesseram, *crucem* in servatæ fidei indicium, *aquilam* adjecerunt in signum, urbem imme-
 diate imperio Romano esse subjectam.

(ee) Sub Num. 13. & 14. 18. hac Tab. I. exhibiti.

(eee) Clare hoc asserente laudato supra *Joh. Petro Ludovico*, in der Einleitung zu dem teuffchen
Münz-Besen. p. 51. Et in Commentario de rebus Politicis Hallensibus, p. 30.

MONETÆ comparaverat, Kalendis Decembris in *Vrach* legimus confirmasse. (ea) Anno MCCXXXV. *Henricus de Walthusen* à Cœnobio *Lorchensi*, vi contractus, inter alia accipit duos porcos, *valentes II. TALENTA HALERORVM.* (eb) Anno MCCXLV. *Gero*, miles de *Lichtenstein*, Monasterio *Bebenhusano* LXXV. LIBRIS HALLENSIBVS mediam partem decimæ in pago *Tuffelingen* vendidit. (ec) Porro, *Reinboldus*, miles de *Neuperge*, anno MCCLXXXIV. pro remedio suæ animæ vineam, *Pfadewingarthe* dictam & bona in *Cimmeren* sita, pro xxxv. TALENTIS HALENSIBVS (*Psund-Heller*) coemta, *Lorchensi* adscripsit monasterio. (ed) Sic *Rudolphus I. Rex Romanorum*, pro damnis, quæ in servitiis suis fecerat *Diepold, de Bernhausen*, pignus constituit in jure *Advocatiæ Monasterii Denckendorffensis* pro *quadringentis* LIBRIS HALLENSIVM, quas ipsi antea promiserat. (ef) Et *Ludovicum, Comitem Palatinum Rheni*, singulis annis à Civitate *Heidelbergensi* *quadringentas libras Hallenses* anno MCCLXXXIX. accepisse, (f) documento est sequens Diploma: *Nos Scultetus, Scabini, & universi cives in Haidelberch* tenore presentium profitemur, quod cum *Serenissimus Dominus noster, Ludovicus, illustris Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie*, inspectis nostris defectibus, quos sustinuimus, hanc nobis gratiam fecerit, quod in proximo festo *B. Martini*, & in subsequenti termino pro petitione (*Beed vulgo*) quolibet anno de *quadringentis libris Hallensibus* stare vult contentus; nos è converso promissimus & promittimus per presentes, quod ei eandem summam *quadringentarum librarum* annis singulis in dicto termino persolvamus. Anno etiam jam MCCCXV. circa *Gotham* nostram hoc in usu fuisse HALERORVM

C

ge-

(ea) Crufius Annal. Svevic. L. 1. p. 21.

(eb) Idem Crufius ibid. p. 34.

(ec) Crufius p. 57.

(ed) Crufius l. c. p. 81.

(ef) Diplomata Monasteriorum Würtembergensium p. 467.

(f) Datum est illud *Haidelbercha* anno Domini MCCLXXXIX. XVI. Kal. Martii, & adductum à *Frehero* in *Antiquitatibus suis Palatinis* p. 102.

genus, vel ex Notitia, à *W. E. Tentzelio* in *Supplemento II. Historiæ Gothanæ* p. 83. allata, clarum est, ubi *Sifridus*, Clericus, dictus *Kanckerbuch*, tertiam partem mansi in villa *Buffleben*, ab *Abbatissa Monasterii S. Crucis in Gotha* injuste possessam, coram *tribunali Ecclesiastico Moguntino* peculiari libello repetens, eandem ad **viginti LIBRAS HALLENSES**, fructusque inde hæctenus perceptos ad **decem LIBRAS HALLENSES** æstimat. De vili simul rerum omnium olim pretio documento nobis esse potest venditio illa, quando nempe *Ulricus*, Comes *Württembergensia*. **MCCCXLII. Tubingam**, oppidum, una cum arce Palatina **C. MARCIS LIBRARVM OBOLARIVM** à *Godfrido & Wilhelmo*, *Comitibus Tubingensibus*, coëmit. (ff). Sic exploratum nobis est, *Carolus IV.* Imperatorem, *Eberhardo & Ulrico* *Comitibus Württembergensibus*, *Monasteria Adelburgense & Steinhemensæ* pro **1800. LIBRIS HALLENSIBVS** oppignorata a. **MCCCLXI.** redemissæ. (fx) Si vero scire velimus, *quot solidi Halerorum* tunc confecerint *marcam argenti?* ex *Ludovici*, Imperatoris, id statim percipiemus literis, Imperiali Civitati, *Francofurto*, anno **MCCCXX. III. Kal. Jan. datis**, (g) in quibus inter alia: *Ut quatuor Civitatum, Frankenfurd, Friedberg, Wezlar, Geilenhausen*, *Oppidani nobis & imperio quolibet anno in Festo B. Martini pro omnibus supra dictis oneribus præstandis mille & sexcentas marcas denariorum Colonienarium, triginta & sex solidos Halenses, pro qualibet marca computandos, ministrabunt.* Ut adeo nunc constet, *triginta & sex solidos Halerorum, sive Halensium, marca æquipolluisse*, quanquam hoc pro tempore variaverit, &, ut infra **S. XXIV.** audiemus, a reformatione *Caroli IV. Imperatoris*, monetæ, tri-

(ff) *Crusius P. II. p. 501.*

(fx) *Diplomata Württembergensia p. 41. quæ 1285. florenos & 20. solidos confecerisse, Glossator*

(g) *Vide Privilegia Francofurtensia p. 16. 28.*

[observavit.

triginta & unus solidi Halerorum marcam confecerint; duodecim vero Halenses respondisse solido Halensi. (gg) Causæ ergo exinde fati habuit optimus ex veteribus Theologis, IOHANNES MATTHESIVS, illos antiquos admodum nummos, qui manum præferrent, appellandi, ita de iis scribens in sua (h) Sarepta: Ich muß hie auch unserer Vorfahren gute alte Händels Heller uns Geprågs willen erwehnen; Et mox rursus: Warlich! die Håndleins Heller waren gut an Schrot, Korn und Schlag, aber man schlägt ihr jeso leider! wenig / die recht Schrot und Korn süßren. Dieser alten ehegestern erwehne ich um der Arabischen Münze willen.

§. XVII. Nomen proinde HALLEROS, seu HALLENSES, a Suevia Urbe, HALA, non secus ac BYZANTINI (i) à BYZANTIO; BISANDI, (Bysanter) ab urbe BISVNTIO; C 2 FLO.

(gg) Idem confirmat Talem. Frisus in Speculo Monetario p. 137. scribens: Und daß ein Schilling (Solidus) bey den alten Teutschen/Beyern/Thüringern/Longobarden/Francken und Sachsen 12. Denarios (Pfennige) gemacht, und solches von alten Gebrauch, wie Lex saget: Si cum argento solvere contingat, pro solido 12. denarios solvat, sicut antiquitus est constitutum titulo XXXVIII. in LL. Ripuariorum. Und p. 139: Daß also regulare ist und bleibet, daß 12. Pfennige einen Schilling thun, dabey die Alten gekauffschlaget haben, fast an allen Drthen, ehe dean die rechten Goldgülden und die Thaler, ja ehe denn alle grobe und harte Münz/ als Turnosen/Böhmische/Weißnische ausgekommen. Lindenbrogius in Glossario: Solidus plerumque pro duodecim denariis accipitur.

(h) Pag. mihi 164. b. Et in alia ejusdem editione p. 757. M. Joh. Balthasar Matthesius in vita M. Joh. Matthesii p. 35. ubi hoc saltem adnoto, Halenses ejusmodi nummos non tam raros hodie esse, siquidem & mea ætate hinc inde aliquot ollas illis plenas fuisse effosset & inventas, memin.

(i) Quod usitatissimum genus monetæ medio ævo, per Germaniam etiam, erat, duravitque per multa Secula, donec aurei Florentini, & post hos Rhenani in illorum locum succederent. Vocabantur autem Byzantii, Byzantini, Bisantii, & erant Ducati aurei Constantinopolitanorum, Christianorum Imperatorum, inquit Crusius P. II. p. 306. A. S. novimusque, talem aureum Byzantium quotannis in Lateranensi Palatio Beato Petro & Cameræ Apostolicæ, ad supplementum vestitus Apostolici destinatum, pro donata à Papa libertate fuisse missos ab Abbatis Hirsauensis, Blaubeurenensis, Biblingensis, Alpersbachensis, Lorcherensis, Zwisaltenensis, Adelbergenensis, Anbulano. Vide Crusii Annal. Sæv. p. 257. 283. 287. 289. 301. 306. 308. 330. Diplomata Monast. Wurttemberg. p. 5, 6.

FLORENI (ii) ab Urbe Italiae FLORENTIA ; TVRONENSES ab Urbe Galliae TVRONO ; VALLENSES, seu THALEROS, à VALLE IOACHIMICA , vulgo & hodie dum **THAL** ; fuisse sortitos , id nunc aliquot *Autorum* quoque testimoniis firmatum dabimus, & quidem, qui instar omnium nobis esse fane potest, **MAR QVARDI FREHERI**, Viri in Antiquitatibus Germanicis summe docti, in hunc modum de nostro negotio distincte (k) pronunciantis : *HALENSES minutissima moneta usualis genus apud HALAM Sveciae PRIMO SIGNATVM. Olim & nunc in usu LIBRAE HALLENSES.* CAROLVS du FRESNE latus hujus claudat, qui in *Glossario suo medii aevi HALENSES MONEVAS HALAE cufas* clare interpretatur. Veluti ex abundanti PAVLI HACHENBERGII addimus adhuc calculum, (l) *HALLENSES*, scribentis, ab HALA, Svecorum Oppido, nomen hausere, tanto olim in usu, ut omnis fere pecunia inde appellationem traheret. Vulgo enim ante unum & alterum seculum audias *Libras Hallenses*, (Pfund. Heller) quibus omnes contractus, rerumque pretia expediuntur. Ut non tangamus *Chronici veteris Noribergensis* verba, huc apprimis facientia, à nobis infra mox afferenda.

§. XVIII. Ut adeo ridendi sint nunc illi, qui HALERORVM nomen ex Germanica deducentes lingua, eosdem quasi Helblinge dictos existimant, in quibus est TILEMANNVS FRISIVS, in *Speculo suo rei monetariae* p. 130. ita scribens: Ein Heller, gleich als ein halt er Pfennig (quasi dimidius nummus). Wie er dann an vielen Orten ein Helbling, auf Sächsisch aber ein Schärff genennet wird; Quod equidem, de recentioribus si loquamur temporibus, verum est, non de medii aevi; Häller enim tunc vocabantur, non Helblinge: Itemq; MELCH. GOLDASTVS T. I. P. II. *Rerum Alemannicar.* p. 294. idem adstruens: Häller/inquiensque, nobis ut & Slavis

ha

(ii) Tilemannus Frisius p. 119: Sind zu Ende dieses Seculi (1290) die Lilien/Galden zu Florenz in Italia geschlagen, in Deutschland eingeführt, und bald sehr gangbar worden.

(k) In *Traclatu de re monetaria Germanorum, aliorumque Populorum*, in forma 4ta Lib. 1. C. 2.

(l) In *Dissertatione X, de re nummaria veterum Germanorum*, §. 23. P. 375.

Haleris dicitur, quasi *halber*. Sane cum *Germanica* illi sint *originis*, male eorundem derivatio in *Slavonica* quæritur *lingua*.

§. XIX. Multoque minus heic audiendus est IOHANNES IVSTVS WINCKELMANNVS, qui originem horundem à monetariis *Francofurtensibus*, *Haleris* olim dictis, secure fati accerfit, in sua *Descriptione Hassiæ* p. m. 47. ita scribens: Zeller führen den Nahmen von dem alten Franckfurter Geschlecht/ der Zeller genannt, wofelbst die alte Geschlechter die Münzer/ oder Hausgenossen sind genennet worden, weilien sie unter keiner Zunfft waren/ sondern in einem besondern besreyten Hause ihre Zusammentünffte hatten, und im Namen des Römischen Kayfers das Münz- Regale übeten. *Posterius* equidem uti sub disputationem vocare plane nobis non est animus, sed lubentes hoc ipsi concedimus; ita rectius omnino fecisset, si *prius* invertisset, & istorum *Monetariorum Francofurtensium* nomen ab *iplis Haleris*, quos magno & *ibidem* numero olim, *Hala Sueviæ* exemplo, cuderunt, & infra pluribus probaturi sumus, (4) derivasset.

§. XX. Frustra præterea sunt illi, & piæ mentis sensum potius, quam antiquitatis notitiam produnt, qui *crucem & manum* in iis conspicientes, in memoriam *amissæ* suæ ob perjurium ad *Merseburgum dexteræ*, vel ab ipso *Rudolffo*, Anti-Cæsare, statim conflatos eosdem conjiciunt, in qua sententia iterum piissimum quondam Theologum, IOHANNEM MATTHESIUM, fuisse, constat, dum ita in sua *Sarepta* p. 164. b. de iis statuit: Mit denen alten Hends- Hellern hat man die Unterthanen ihres Eydes und Hand- schlags ohne Zweifel erinnern wollen, die sie ihrer Obrigkeit zu leisten schuldig seyn. Und wer weiß/ ob sie nicht der gute Kayser Rudolff hat schlagen lassen? Den die Clerisy verhezte, daß er sich wider seinen ordentlichen Kayser (Henricum IV.) einließ/ darüber ihm seine Hand bey Merseburg im Kriege abge- schlagen ward, wie er denn seine Hand seinen geistlichen Râthen/ die

(4) Lege §, XXX. infra.

die im Regiment nicht viel Gutes ausgerichtet haben, mit betrübten Herzen zeigete. Sed neque *Halerrorum atas*, monetandi tunc plane *alia ratione ex ipsis nummis observandâ & commonstrandâ*, ad *Rudolffi* assurgit tempora, quippe qui jam a. MLXXX. diem suum obiit supremum; neque *temporis*, quod ipsum post inflatum in prælio vulnus supervixisse scribitur, *brevitas tantam nummorum copiam* permittit: commisso etenim die xii. Octobris prælio, die statim xvi. ejusdem mensis è vivis jam *Merseburgi* abierrat; & quis *dedecoris sui* vel ipsum *post fata* etiam *per ejusmodi nummos præconem* crederet *Rudolphum* Anti-Cæsarem?

§. XXI. Hæc forte rectori animi lance secum pensitans CYRIACUS SPANGENBERGIUS, Historicus cæteroquin in recentioribus non indiligens, medicinam huic laboranti conjecturæ paraturus, conflaturam horundè HALERORUM in HENRICUM IV. Cæsarem, victorem *Rudolphi*, Imperatoremque legitime coronatum, rejicit, rem in vado sic se constituisse autumans, ac in Tractatu suo de *usu & abusu Monetæ*, qui additus est *Tilemanni Frisii*, *Consulis* olim Gættingensis, *rei monetariæ Speculo*, (m) p. 218. ita scribens: Daß man auf etlichen Münzen offene aufgerichtete Hände gepräget / wie man noch auf den Händlings Hellern siehet / (welche etwan auch besser gewesen, als jeso) ist von den Vorfahren guter Meinung geschehen, damit die Unterthanen ihres geleisteten Eydes und gethaner Pflicht und Handschlags gegen ihrer Obrigkeit zu erinnern, und könnte wohl kommen / daß Kayser Zeinrich der IV. sie hätte nach der Zeit schlagen lassen / als er den wider ihn aufgeworffenen Ober-König / Rudolphem, anno 1080. bey Merseburg erleget hatte / männiglich zu erinnern, gegebene Treue und geleistete Eyde besser zu bedencken, denn gedachter Rudolph gethan / welchem die rechte Hand in der Schlacht abgehauen worden / die er (als seines Lebens nicht mehr seyn wollen) denen Fürsten und Bischoffen, so ihn wider

(m) Editum *Francofursi ad Manum*, Anno 1592. 4to.

wieder Käyser Heinrich verhehet, mit weinenden Augen und beschwerten Gewissen gezeigt, und gesagt: *Wolan / ihr Herren / da sehet die feine Hand / damit ihr meinem Herren Kayser Treu und Glauben zugesagt und geschworen / aber auf euer und des Bischoffs Betrieb übel gehalten / nun fahre ich dahin / sehet ihr zu / wie wohl ihr mir gerathen / und bedenkhet euer Eyd und Pflicht besser.* Verum, licet id, quod de admonitione *manus ad fidum obsequium* dixerat *Spangenbergius*, non omni ex parte rejiciamus, (n) præterquam quod *Seculum* istud nummos *mnemonicos*, hoc est, *in certæ rei gestæ memoriam obsignatos*, prorsus ignoret, (o) omnisque *tunc monetandi ratio*, uti supra jam innuimus, *repugnet*; unde nunc præterea tanta *hodiernum* illorum in *Misnia, Thuringiaque*, copia? cum vel *Altenburgensium antiquos denarios*, tempore illis tamen posteriores, civitatisque in *Misnia* sitæ, percelebrisque olim, uti supra conquesti sumus, *frustra hodie queramus?*

§. XXII.

- (n) Præsertim si sint *manus erecta* & veluti ad *juramentum peragendum* formata, quale quid observandum datur non solum medio in pavimento *Ecclesiæ Fuldenfis*, ubi *quatvor*, versus quatuor mundi plagas; sed & *Hirsfeldensis*, ubi in fastigio *Basilicæ* longe supra tectum *una* conspicitur *manus arca*. Confer illas, si placet, ære expressas in *Christoph. Broweri Antiquitatibus Fuldenf. L. II. p. 171*. Cum vero *Præbis*, non *Senatur*, (ut locum habere inde vix possint ea, quæ *Crusius* supra §. XV. protulit) sint *Insignia*, omnino in eo me habet contententem supra laudatus *Dn. Ludovicus*, nempe Imperatorem, qui urbi insignia intulit, *fidei cam*, atque *obsequii* eodem insigni *admonere* voluisse, *dextra* nempe in iis *expressa*; in *servate* autem *fidei* tesseram, *crucem auream* in *rubro campo* datam esse, ex emplo insignium Urbis *Messanenfis*, de quibus legendus *Fazellus* *Decade I. L. II. Rer. Sicul. c. 2. p. 42. §. 35.* *Aquilam* vero in *urbis immediate Imperio subjuncta* signum; de quo *Hæpingius Herald. P. III. §. 2. p. 380.* consulendus.
- (o) Hoc non paucis *argumentis*, nec hætenus refutatis, jam ostendimus in corollario II. ad nummos *Isenacenses* &c. Et *Tislem. Frisius*, licet in *antiquioribus satis rudis*, ipse hoc assecutus videtur, scribens in *Speculo suo monet.* p. 133. de nummis *bracteatis*: daß die breite dünne Pfennige wie *Thaler* breit / und noch breiter geschlagen seyn von *Kaysern / Königen / Fürsten / Herren und Städten*, etliche dünner und breiter von schönem lautern Silber, daß sie schier vor keine Münze, sondern vor *Kirchen-Verehrung* von etlichen Gelehrten geachtet werden wollen. Es gibt aber die Erfahrung an der Mannigfaltigkeit solcher breiten gefundenen Pfennigen an vielen Orten, daß es gangbafftig Geld gewesen sey, das man in *Schachteln* (addo *Meßingen* oder *Küppfernen Bächsgen / oder Schachteln*) und *grossen Taschen* von *Cheszen-Leder* getragen hat.

§. XXII. Post restitutum nunc, evictumque, ut opinor, satis locum natalem HALERORVM nostrorum, non multum repugnabimus illi, qui dixerit, *magnam pecuniæ partem hoc nummorum genus aliquot seculis sibi invicem subsequenter constituisse*; certum præterea, confirmatumq; credimus, *reliquarum Germania Civitatum hujusdem nominis monetam ab hac ipsa urbe HALA appellationem suam traxisse*; Hoc tamen affirmare audemus neutiquam, quod Excell. LVDOVICO asserere (p) placuit, *eam ætatem juris monetandi apud Halenses esse, quæ cum urbibus Germania universa contendere possit*; siquidem, ut omittamus, de antiquitate juris monetandi, & à quo Cæsare certo illud privilegium acceperint? nihil plane nobis ex probatis satis constare Autoribus, si non alii ostendantur, eruanturque in posterum, quam hætenus visi sunt ab HALA, Sveviæ urbe, nummi, pignore quovis contendere ausim, illorum originem seculum *decimum tertium* non antecedere, adeoq; nummis *Argentoratensibus, Augustanis, Constantiensibus, Coloniensibus, Goslariensibus, Lubecensibus, Hagenoensibus, Moguntinis, Magdeburgensibus, Ratisbonensibus*, ut plures taceam, gloriam longe majoris antiquitatis oppidò relinquere.

§. XXIII. Hoc vero *Numismatis genere*, ut discursum nostrum absolvamus, tunc undiquaque invalescente, atque percelebri, perque hominum manus currente citissime, frequentissimeque, (causam non alio tamen rejicias, velim, quam in *frequens ibidem*, prioribus nostris seculis *Salis commercium*, (pp) allatamque illuc è peregrinis etiam locis *auri argentique insignem copiam*, ob faciliorem coemptionem proinde, si aut *majorismolis*, aut *diversorum typorum* esset, cum

(p) Verba ejus in *Commentariis politicis Urbis Halensis* p. 30. hæc sunt: *Ut certe ex rationibus allegatis omnino conjecter, eam ætatem juris monetandi apud Halenses esse, quæ cum urbibus Germania universa contendere possit. Moderandamque vocem antiquissimi temporis in antiqui tantum cum pace viri humanissimi existimem, scribentis in der Einleitung zu dem Teutschen Münz-Beseri, p. 50: wobey mir einfället, daß mein Vaterland Schwäbisch-Hall, welche Stadt in den ur-ältesten Zeiten das Geld in so grosser Menge geschlagen, daß man nicht allein in Francken und Schwaben, ja fast den ganzen Rhein hinunter, mit Hallischen Pfunden gehandelt.*

(pp) *Officinas salinarias centum & undecim* heic reperiri, testantur *Nicol. Mameranus* in *Ephemeride itineris Caroli V, Dresserus de Urbibus, Limnaus & alii.*

cum hac ipsa minori *Hallenfi* (*Scheide Münze*) necessario (*q*) commutandam) *alias* subinde *Urbes*, quibus monetam signandi potestas tunc competiit, *Noribergam* puta, *Augustam Vindel.*, *Ulmam*, ob *celebritatem* ac *valorem horundem* jam adeptum, *non exiguo numero* illud exinde fuisse *imitatas*, *easdem* prorsus suis *nummis imprimendo* quoque *figuras*, *manum*, puta, & *crucem*, *credibile* redditur admodum, si consideramus, *edictis* propterea *opus fuisse* *Cesareis*, non solum *illas urbes*, quibus in sequentibus temporibus id debebat esse licitum, ad *certum*, & *quaternarium* quidem *numerum* redigentibus; sed & *his ipsis Urbibus* eapropter *certas condiciones* *prescribentibus*. Utrumque non fictis aut excogitatis rationibus, sed *Chronici* cujusdam *veteris Noribergensis*, recentiori tamen stylo donati, verbis sistam clarissimum.

§. XXIV. Verba ejusdem huc facientia sunt hæc : *Anno MCCCCLVI.* hat *Carolus der Kayser* / (*Quartus est*) eine *Ordnung* gemacht, wie es mit *Münzung* der *Häller* gehalten werden solte, was man *Schlag-Schatz* davon nehmen / und wie man die *Ambtleute* (hoc est, *Præfectos rei monetariæ* & *Inspectores*) davon bezahlen solte, und daß auf eine *Hällische Mark* gehen sollen 31. *Schilling* und 4. *Häller*; Darauf soll man *Hand* und *Creutz* / sammt einem *Unterzeichen* (nemlich selbiger *Stadt*, die solche *ausmünzet*) schlagen / damit man das *Geld* erkennen könne / auch solle man zu 100. *Pfund Hällern* ein *Pfund Helbling* schlagen / und hat darbey ausdrücklich *statuiret*, und befohlen / daß solche *Münze* zu *Nürnberg* geschlagen werden solle. Datum *Sulzbach* am *Tage Sebastiani* und *Fabiani* *Anno MCCCCLVI.* Dieser *Häller Münze* hat sich auch die *Stadt Nürnberg* gebräuchet /
D und

(*q*) Optime in hanc rem *Tilemannus Frisius* commentatur in suo *Speculo Monetario* ad *Seculum* decimum tertium : Und seyn der *Pfennige*, an so manchem Orte geschlagen / in *Städten*, *Städtern* und *Schlössern*, ungleichem *Werth*s, daß wer an fremde *Derter* handeln wolte, der setze die *Pfennige* ihm auf den *Wechsel* / der gemeiniglich bey der *Münze* war, gab *Ausgelt* 10. 12. *Pf.* auf die *Mark*, so konte Er seiner *Nothdurfft* nach fremde *Pfennige* bekommen ; wer auch *NB.* frembd *Geld* hatte, der bracht es auf den *Wechsel* / und kriegte aus der *Münze* nach *Gelegenheit* gangbare *Pfennige*, und darnach die *Pfennige* groß oder klein, auch innerlich gut, darnach ward einer jedern *Stadt Mark* und *Loth* geachtet.

und haben die Häller ohne Zweifel den Nahmen von der Stadt Halle in Schwaben/welche noch heutiges Tages in ihrem Stadt-Siegel Hand und Creutz führet. Ex quo sole elucet clarius *NORIBERGAM* anno jam MCCCLVI. & sequentibus, *Caroli IV. Imperatoris*, peculiari indulgentia, secutam fuisse *HALAM* in conflandis ejusdem prorsus figuræ, cum manu, scilicet, & cruce, *HALERIS*; quamvis heic indigitatos *Noribergenses Haleros* cum signo proprio, quod sine dubio aquila fuit, videre hactenus nondum contigerit. Novimus tamen interea, quantam merito curam in constituenda rectius moneta infumserit *Carolus*? quantum ejusmodi *Noribergensis marca Halerorum* tunc temporis valuerit, unam & triginta videlicet solidos, (Schillinge) & quatuor Haleros; (Häller) cognoscimusque simul, quod ista *Noribergensis*, seculi tantum intervallo, multum jam abierit ab *Altenburgensi*, novendecim, itemque viginti tunc solidis æstimata, *Caroli IV.* tamen simul ordinatione in longe meliorem statum fuisse redactam, dum anno jam MCCXX. marcã triginta sex solidis fuisse venditam, supra §. XVI. docuimus; discimusque, in hoc tempus & semihalerorum (der Hälblinge) genus rejiciendum esse, dum clare præcipit, libris halerorum centum semper cufis, semihalerorum demum unam libram esse conflandam; denique & monetam, quod & varii docent Autores alii, in quaque fere civitate, quæ jure cudendi tunc gavisa fuit, ratione valoris intrinseci variasse.

§. XXV. Non minus nunc & cætera, §. XXIII. a nobis supra tradita, *Chronici Noribergensis* autoritate corroboranda restant, quod & facimus, adducendo ipsissima ejusdem verba: Anno MCCCLX XXV. hat König Wenzel verordnet, daß in vier Städten, nemlich Augspurg/Nürnberg/Ulm und Halle/ und sonst nirgends anderswo/ solten gemünzet werden Zeller mit Creutz und Händen/ die solten in Francken und Schwaben und in allen darinnen gele-

gelegenen Städten genommen werden/ ein Pfund für einen guten
 Römischen und Ungarischen Gulden/ und soll an Korn halten
 ein drittel löthiges Silbers und zwey dritttheil Zusatz/ und an
 der Zahl sollen gehen neun und vierzig Schilling und vier Zes-
 ler auf eine Nürnbergische Mark/ und soll eine jede Stadt ein
 sichtiges Zeichen drauf schlagen, daß man sie wohl erkennen möge.
 Fünf und zwanzig Pfennige haben sollen auf ein Loth gehen/
 sonst hat man Macht gehabt/ solche zu zerschneiden. Die Stadt
 Ellenbogen in Böhmen muß dem Römischen Kayser, wenn er da-
 hin kömmt einen hölzern Becher voll kleiner Augspurgischen Heller
 geben/ solche seynd viereckigt, haben auf der einen Seiten ein Creutz/
 auf der andern das Augspurgische Wapen. Ex quo denuo disci-
 mus, seculo quarto & decimo restrictam iterum ab Imperatore, Wen-
 ceslao, horundem *halerorum* fuisse imitationem, atque ita, ut *nulli*
urbi imperiali amplius licuerit, *hac figura haleros* dare, præter-
 quam HALÆ, utpote *matri*, & sedi quasi horundem propriae;
 NORIBERGÆ dehinc, quæ ultra *triginta* retro annos jam hoc ju-
 re, *Caroli IV. Imperatoris* beneficio, utebatur; ULMÆ porro, *cujus*
equidem hujus figura nummos, perinde ac *Noribergæ*, uti diximus,
 hucusque contemplari ac contrectare mihi nondum licuit esse tam
 felici; & denique AVGVSTÆ VINDELICORVM, *cujus urbis*
nummum rariorem, uti descriptus est *Chronici Noribergensis Autori*,
 ex penu mea in proscenium produco Tabulæ I. N. 19. incisum, ali-
 umque ibidem N. 20. quorum plenum calicem *Ellenbogenses* in Bo-
 hemia, ex superiorirelatione, adventanti Cæsari offerre habent. No-
 vimus jam præterea, ubi terrarum hi nummi frequentius olim
 commeaverint? in *Franconia* scilicet & *Svevia* quam commu-
 nissimi; Constat, cui responderit tunc *libra Norimbergensis*,
aureo, puta, *Rhenano*, vel *Ungarico*; (r) Patet, quidnam inter-

D 2

na

(r) Eo recidunt, quæ tradit *Tilemannus Frisius* in *Speculo Monetario* p. 119: Es sind die Pfand-
 Verschreibungen auf *Lilien-Gulden* (intelligit *florenum*) gemeiniglich gerichtet, von etlichen
 Fleis

na bonitate continuerint, *tertiam* videlicet *partem argenti puri* & *duas partes aris*, quod addi tunc semper argento confverit; Porro, qvod *Marca Norimbergensis* illo tempore æquaverit *quadraginta & novem solidos, (s) quatuorque haleros*, & *viginti quinque denarii semunciam* pependerit, ac, hoc pondere in iis non observato, cuivis licuerit eosdem diffecare; quod semper denique necessum fuerit *addi in nummis urbis cudentis signum peculiare*, quod in proposito supra nummo ejusmodi *Augustano est nux pinea*.

§. XXVI. Atque hoc Imperatorium præceptum ad Urbes *Franconia & Suevia*, (qvod & verba *Chronici Noribergensis*, supra allati, innuere videntur) restringendum tantummodo esse, credimus, neque ad *Wetteravienses*, sive *Mæno, Rhenoque adjacentes Urbes* extendendum, referendumque esse. De his enim & inprimis *FRANCOFURTENSI*, *Imperiali* & nundinis longe inclytâ urbe, habemus compertum, circa *idem illud tempus*, si non prius, *eodem privilegio*, à *Ludovico IV.* Imperatore, impetrato, gavifam esse.

§. XXVII. Nempe huic urbi adscribendum nunc est illud *halerorum* genus, quod *cruce* pariter ab una, *manu* vero ab altera parte est signatum, à nobis Tab. I. sub N. 27. adjectum. In iis enim literis *antiquis Germanicis* (vulgo *Monasticis*) non modo *FRANCFurtum*, sed & in multis literis *latinis*: *FRANCOFurtum*; rursusque in aliis *FRANCOFVRTI CIVIT.* sub N. 21. 22. 23. 24. ad-

Heine Gûlden (quales aurei *Vngarici & Rhenani*, in consideratione aureorum *Byz. antinorum, Gallicorum, Burgundicorum, Brabantiorum, Gellvicorum, Clîensum, qui lati audiebant floreni*) genannt, die um das 1350. Jahr ein Pfund *Strandfurter Zeller* gegolten.

- (s) Cum Noribergensibus fere conveniunt nummi Göttingenses 'An. MCCCLXXXIII. & MCCCXCVII. cusi, de quibus Tilemannus Frisius p. 111: Die von Göttingen haben angeordnet, daß die Pfennige auf 8. Loth, daß deren Pfennige 48. Schillinge eine Göttingische Marck thun sollten/ in dem Gewichte und dem gemeinen Gewâhr, und seyn 12. Pfennige ein Schilling, wie sonst gebräuchlich gewest.

adductis, offendimus. Et ingenue Chronici Francofurtensis Auctor, *Achilles Augustus de Lerschner* profitetur, se nescire, *qua ex causa nunquam isti his figuris fuerint obsignati?* (t) quod confiteri sane non habuisset opus, si ipsi de iis, quæ supra jam in medium attulimus, satis constitisset.

§. XXVIII. Asserti vero mei, *Ludovici IV.* Imperatoris, temporibus hanc urbem isto jam beatam fuisse privilegio, ut testes laudem, ecce! præter *Johann. Latomum, Decanum ad S. Bartholomæi* ædem ibidem, (tt) adest *Bernhardus Hertzogius*, in *Chronico suo Alsatia* (u) clare asserens, Anno MCCCXL. Kalendis Septembribus *Ludovicum*, Imperatorem, *Civitati Francofurtensi* jussisse, ut cuderent novos **HALENSES FRANCOFORDIENSES**, cruce duplicata & aquila (*Latomus* habet, cum imagine *crucis* & *gemina aquila*; rectiusque utrique dixissent cum *cruce* & *manu*) conspicuos. Idem & *Ludovicus*, Cæsar, anno MCCCXLVI. mense Novembri die Lunæ post S. Catharinæ diem ejusdem urbis *Senatui* confirmavit privilegium, minorem cudendi monetam in suos ac vicinorum usus (uu) pro lubitu: *Daß sie ein Münze sollent machen und slahen / Klein Gelt / wie sie düncket, daß es inen und dem Lande aller nützlichs sey / und wi si die Münze slahen / da soll uns mit gemügen / nach dem Korn / das si zu Raht werdent / und das ihn Meister Zeinrich / unser Goldschmidt / von unsernt wegen geantwort und geben hat.* Eundem propensum, inquam, erga urbem affectum Successor in Imperio declaravit *Sigismundus*, singulari ex gratia *Consulibus* & *Scabinis* præcipiens (x) anno MCCCXXVIII. hunc in modum: *Daß* die

D 3

(t) In *Chronico* scilicet *Francofurtensi* Ao. MDCCVI. in forma fol. edito, ubi ita de iis: *Zu was Ende oder Absicht die beyde Münzen* (intelligit vero ex parte *Hallerum Francofurtensem cruce manueque signatum*) *gemacht worden, ist mir bis dato unbewußt.*

(tt) In Libro, cui titulus: *Acta aliquot vetustiora ab etate PIPINI parvi, Francorum Regis, usque ad tumultum rusticum anno 1525.* quem postea maximam partem exscripsit *Gerhardus Florianus* in *Chronico suo Francofurtensi*, p. 242.

(u) Lib. X. Cap. VII.

(uu) Vide *Floriani Chronicon Francof.* ad h. an. & *Privilegia Francofurtensia.*

(x) Subscriptio habet: *Geben in dem Heer auf dem Schloß Laubenburg in der Sorffey am nächsten Sonntag nach Cantate.* Vide *Privilegia urbis Francofurtensis* Anno 1614. *Francofurti edita* in fol. p. 275. Idem privilegium & assert *Limnaus* Lib. VII. C. XVI. N. 34.

die Bürgemeistere/ Schöffen und Racht zu Francfurt/ mögen stahen und machen lassen silbern Münz/ auf solche Turnise/ (y) En- glische/ (z) und Zeller / (zz) als izund bey ihnn gänge und genem seyn / adir andere silbere und kleine Münze/ (intelligit heic hal- leros *Francofurtenses*) als sie das je zu Zeiten gedüncket/ daß Uns und dem Reich ehrlich, ihnen und der Stadt Francfurt, und dar- um, und den gemeinen Kauffleuten nützlich und bequem seyn mö- gen/von allen männiglich ungehindert. *Sequenti autem MCCCCXXIX. anno idem Imperator & jus cudendæ monetæ aureæ (a) priori adjecit,*

VO-

(y) Hos à *Philippo* pulchro, in Vrbe *Turono*, Gallia, conflatos imitati rursus sunt in Germania *Francofurtenses*, itemque postea *Noribergenses*, cujus urbis quippe *Turonum* aliquando videre mihi licuit. In *Francofurtenibus*, quorum plures mihi sunt, passim legas: *TVRONus FRAN:ofurtensis*; vel: *TVRONus FRANCFordensis*, vel: *TVRONVS FRANCFVRdenis*, me- dia in area cruce conspicua, circa vero: *SIT NOMEN DOMINI DEI NOSTRI BENEDICTVM*, aut: *SIT NOMEN DNI DEI NOSTRI BENEDICTVM*. Ab altera parte: *MÖE NO- VA*, vel: *MONETA NOVA*, vel: *MONETA NOVA CIVL*. medium areæ aquila *MOXE- PIA*, imperiali occupante in circumferentia quadam, quam *lilia* undique circumdant. Hos majores *Turonos cudendi jus* hospiti suo, *Jacobo de Knobloch*, suo & *Imperti* nomine dedit *Ludovicus*, Imperator, an. *MCCCXLI*. die post *Dominicam* in *Albis*, cum licentia, in con- sortium & ad operas suas continuandas eligendi quemcunque vellet, hac lege tamen, ut *sexaginta tres* cum quarta parte conficiant *marcam Francofurtensem*. Hocce jus ab Anno *MCCCXLI*, usque *A. MCCCXLIV*. exercuit laudatus supra *Knoblauchius*, quo anno vero illud *Ludovicus*, Imperator, in *Civitatem* transtulit. Idque postea confirmavit ipsi *Sigismundus*, Imperator, & quidem die *Jobis* post *Dominicam* *Cantate*, an. *MCCCXXVIII*. uti supra audivimus. Quamquam, quod heic non prætereundum, eorundem *A. MCCCCLXX*, alius longe fuerit computus. Nam tunc *Turoni* 14. *semuncias* & dimidiam partem puri conti- nebant *argenti* & $1\frac{1}{2}$ *semunciam* cupri, atque adeo octoginta quatuor numero æquipollebant *marca*; & $3\frac{1}{2}$ *libra* *halerorum* *marcam* *argenti* puri conficiebant, & triginta sex *haleri* *semunciam* dabant. Hodie quatuordecim *storeno* valent, & quadraginta *cruciat* & centum viginti sex *halero* æquiparantur. Delineatum *Turonum* talem habes. T. I. N. 25.

- (z) Rarissimum hodie visu exhibeo Tab. I, N. 26. ejusmodi nummum *Anglicum Francofurten- sem*, h. e. ad imitationem *Henricorum*, *Anglicorum* Regum, tunc nummorum *Francofurti* con- flatum. Sifit ille vero in anteriore parte literas: *MONETA NOVA*; & in quatuor areolis, cruce distinctis, quatuor vicibus *aquilam unicipitem*, alis expansis, consuetum urbis *deizua*. In posteriori vero *crucem*, in flores quasi desinentem, & circa: *ANGLICA FRANCFORDENSIS*.
- (zz) *Viginti* olim *Francofurtenesium Halerorum* valebant *Turonum* *Francofurtensem*, teste *Bernhar- do Hertzogio* in *Chronico Alsatia* L. X. C. VII.
- (a) Vide illud *Privilegium* apud *Limnaum* Lib. VII. Cap. XVI. N. 35.

volens : Daß sie und ihre Nachkommen von des Reichs wegen sollen und mögen Münzmeister/ Münzer/ Warteiner/ Eisengräber und andere/der darzu Noth ist, aufnehmen, setzen und bestellen, und solche Münzen machen, schlagen mit Nahmen auf 19. Grad seines Goldes Franckfurter Gewichtes/ oder wie sie von uns und unsern Nachkommen an dem Reiche unterschieden werden. Nec remisit sequentium Imperatorum ardor in augendis *Francofurtensium* circa monetam commoditatibus, dum &

Carolus V. anno MDLV. hoc speciale ipsis indulgit privilegium:

(b) daß sie sollen allerley Arten von gülden, oder silbern Münz mit und neben andern Chur/ Fürsten/ Fürsten, Städten und Ständen/ so mit Münz/ Freyheiten versehen seyn/ und zu münzen haben, durch einen erbaren, verständigen und aufrichtigen Münzmeister münzen und schlagen lassen.

§. XXIX. Nolim tamen supra modo dicta eò quisquam interpretetur, quasi vellem, non nisi à *Ludovici IV.* Cæsaris demum temporibus FRANCOFVRTVM nobis dedisse nummos, quod equidem nobis in mentem non venerat. Scimus enim, antiquioribus temporibus ipsos Imperatores jus cudendæ monetæ sibi solum in hac civitate reservasse, atque id in palatiis suis exercuisse, (ba) qua-

li

(b) Integrum id legimus apud *Limnaum* Lib. V. I. Cap. XVI, N. 32. Datum *Bruxellis* die XIX. Novembr.

(ba) Ipsi enim folis à *Franconum Regum* ævo moneta manebat, & omnes monetandi officinæ in *Palatium* cogebantur. Publicis enim edictis caverant, ut in nullo alio loco moneta percussatur, nisi ad *curtem*. Notat autem *curtis* etiam inter alia *Regiam*, sive *Palatium* ipsum. Hinc toties eodem sensu hanc vocem apud *Autores* legas, v. g. *Albertum Aschaffenburgensem* ad annum MLXVI: *Qui statim, rapto armis, curtem Regiam circumdederunt*; apud *Dithmarum Merseburgensem* L. I. p. 12: *Vade ad curtem Regiam*. Confer eundem ibidem p. 106. edit. Mader. & *Du Fresne* in *Glossario* p. 1238. Ex quo & nomen *denariorum Palatinorum* tulerunt, testante hoc *Capitulari Caroli M.* ad annum DCCC. Cap. VII: *Illi denarii Palatini mercantur, & per omnia discurrant*. Mansit ex illo tempore semper *Regale*, ut vocant, & *soli Regi*, aut cui hoc indulserat, *jus competens*. Inde *Fridericus I.* in *Feudorum* L. V. de jure belli: *Regalia sunt Arimannia, via publica, flumina navigabilia, portus, ripatica, bestigalia, quæ vulgo dicuntur telonea, MONETA*. Ac *Ligurinus* de hoc ipso negotio ita: *Vestigal, portus, CVDENDÆ IVRÆ MONETÆ, Cum molendinis, telonea, flumina, pontes, Hec Ligures sacro tribuerunt omnia fisco, Nec aliunde derivandum est id, quod legimus im Kayserl. Land- und Lehen- & Recht* Lib. I.

Tit.

li & *Francofurtum* olim potuisse gloriari, extra dubium est ponendum. Hoc vero jus vel *majoris commoditatis*, vel *insignis gratiae exhibendae*, vel *tolerandorum sumptuum*, *tollendorumque tandem* (bb) ergo, *civitatibus Imperii* impertiebant, & quidem quandoque *simpliciter*, quandoque *certis cum conditionibus*, prout videbant, id expedire *Imperio*, aut *suae* posset etiam *inservire scenae*, de quo aliquando fufus acturi sumus, atque ex instituto. Inde vero & hoc est, quod *Henricus VII.* Imperator anno jam MCCXXXV. (c) Urbi huic privilegium dederit, in quo inter alia sic legas: *Volumus, ut medietatem proventuum MONETÆ NOSTRÆ IN FRANCKENVORD ad reparationem ipsius pontis* (qui olim, uti audivimus, ad *Regalia* referebatur) *annis singulis habeatis perpetuo.* Idem repetit & *Richardus*, Imperator, in diplomate *Maguntiae* anno MCCLVII. dato: (d) *Ad hæc cum medietas MONETÆ NOSTRÆ FRANCKENFVRDENSIS* & *ligna fabricabilia, ut prædicti cives in eorum asserunt privilegiis contineri, ad reparationem pontis Francofurtensis fuerint hætenus deputata, nos id, prout recte & pie factum est, ratum habemus.* Ex quo palam fit, istorum Imperatorum ævo *Imperatoriæ* adhuc fuisse *monetam* in hac Urbe, quod *NOSTRA* ab illis appelleretur; dehinc *alteram proventuum ex Moneta* partem ad reparationem *pontis Francofurtensis*, supra *Mœnum*, ab iis fuisse longo jam tempore deputatam. Nec dubium est, ex illo tempore *Senatum Francofurtensem* eò laborasse, ut, aliarum urbium exemplo, *jus illud*, Imperatoria autoritate, in se derivaret.

§. XXX. Interim, ut è diverticulo in viam nos rursus etiam

Tit. XII: Wir sprechen/ daß alle Mänzen, die im Römischen Reiche seynd/ die seynd eines Römischen Königs. Und wer sie haben will/ er sey Pfaff oder Ley / der muß sie haben von dem Römischen Reich / und von dem Römischen König / und wer diß nicht thut/ der strevelt an dem Römischen Reich.

- (bb) Nam *Senatui* pro singula *marca* halerorum *duo antiqui Turoni*; & pro *marca Turonum*, *duo Turoni antiqui & solidus* solvendi erant. Vide *Lersneri Chron. Francofurd.* p. 440.
 (c) Die VI. Idus Maji Indictione VIII. Francofurti privilegium exaratum est, Vide *Privilegia Francofurtensia* p. 3. & 8.
 (d) Die VIII. Sept. Indict. XV. in *Privilegiis Francofurtensibus* p. 31.

am demus, tam certum est, FRANCOFVRTVM nobis *nummos* seu *haleros*, *cruce manuque* signatos, olim cudisse, quam quod certissimum. (dd) Indicio enim sunt non solum *nummi ipsi à nobis supra allati*, & jam descripti, sed & confirmat hoc ipsum antiquiorum in Francofurtensi Urbe *Monetariorum nomen*, & appellatio HALERORVM, (der Häller) prodente id nobis clarissime *Achille Augusto de Lerschner* in Chronico, quod de celeberrima hac ipsa Urbe conscripsit, & MDCCVI. publici juris fecit; (e) ac quod magis, nulloque modo nobis reticendum est, illi *Monetarii* quoque has ipsas in *haleris figuras*, *manum* nempe *crucemque*, loco *insignium præferebant*, singularibus cæteroquin gaudentes privilegii, legibus, institutis; ex quibus *Jacobum Knoblauchium* & *Sigfridum ad Paradisum*, celebrioris famæ, quam adepti sunt, ergo nominasse heic sufficiat.

§. XXXI. FRANCOFVRTVM itaque, ac forte alias urbes, supra ex parte nominatas, *sequutam* quis non credat urbem ALTENBURGVVM? jure signandi *minorem halerorum monetam à Fridrico placido*, Electore, intercessione sine dubio *Margarethe*, conjugis, erga hoc oppidum singulariter clementis, postliminio quasi beatam? *crucem* insuper *manumque* in iis quidem retinentem, signum tamen *διακριτικὸν* & sibi proprium, *rosam* scilicet, quam in Insignibus suis solet proferre, vel *leonem*, *Marchionum Misnie* signum, vel *utrumque*, quo facilius suorum nummorum, ab aliarum Civitatum nummis, esset dijudicatio, NORIBERGÆ, AVGVSTÆ, ULMÆ civitatum exemplo, simul iis adjicientem.

§. XXXII. Neque tamen quispiam istud jus adeo in ALTENBURGO mirari habet, quippe quæ id antiquioribus jam temporibus, & Imperiali dum uteretur libertate, possederat, cum

E

alias

(dd) Hinc CONRINGIVS in Censura Diplomatis Ludov. p. 402: *OBOLI* (rectius *HALENSES* dixisset, Häller) *explicatam manum una parte referentes circa Francofurtum ad Mannum in frequentissimo ab aliquot usque Saeculis solent esse usu.*

(e) Pag. 297.

alias THURINGIÆ, MISNÆque, *Urbes, Altenburgo* ex parte longe inferiores, illa temporum tempestate eodem præditas fuisse, partim ex iis, quæ de *Salfeldensibus, Arnstadiensibus, Jenensibusq;*, singulari *Schediasmate*, (f. monuimus, partim quæ nunc de *Gothanis, Cygneis, Isenacensibus, Mühlhusinis, Northusinis, Weissenseensibus, Landsbergenfibus, Erffurtensibus, Vinariensibus, Marburgensibus, Merseburgensibus, Schmalkaldensibus* dicturi in posterum sumus, constabit manifeste.

§. XXXIII. Exposito nunc tandem paulo fusius universo prope *nummorum cruce manaque signatorum ordine*, sine quo vix frequentia recte intelligi poterant, ad illos jam, quorum gratia cum maxime hanc aggressi sumus opellam, recto properamus gradu.

§. XXXIV. Atque ut de GOTHANIS ex promisso faciamus initium, ex antiquioribus *quatuor* statim in medium producimur; *Unum majoris moduli Tabulæ III. N. 1.* insertum, sistentem *duas aduersas* sibi invicem *coronas* circum scriptis literis: M.N. M.N. quas, repetita vice, *Moneta Nova* interpretor; Et *tres minoris formæ*, quorum unus, omnique ex parte integer, T. III. N. 2. circa *duas coronas sibi invicem oppositas* iterum, *præmissa parvula crucis figura*, legendum offert: † GOTDA; Alter incorruptus Tabula III. N. 3. circa easdem coronas conspiciendam præbet rursus vocem: GO † TDA. Tertius, omnis rursus læsionis expertus, Tabula II. N. 1. circa eandem figuram rursus habet: GOTHE, (g) Quartus mutilus Tab. II. N. 2. veluti circumscriptas saltem legendas offert literas: T H V. Atque hic posterior est ille nummus, qui olim in *rueribus Grimmensteinianis* anno videlicet 1643. cum arx ista, a. 1567. superiori seculo destructa, *Ernesti Pii Ducis S.* auspiciis novam indueret formam, repertus, à Nobiliss. Dno. *Friderico Rudolfo*, rerum feudalium heic loci Secretario, *D. Sagittario*, Professore Historiarum Jenensi, Historicoque Saxonico celeberrimo, dono tunc obla.

(f) Dresdæ an. 1697. excuso in forma 4. ta.

(g) Hos tres priores *Gazophylacium* asservat *Ducalè*, & pars etiam sunt supellestilis meæ pauperioris.

blatus fuit, cujus concessione eundem postea Vir tunc *Jenæ, studiorum gratia, agens Clarissimus*, nunc maxime Reverendus *Ecclesiæ Lubecensis Ecclesiastes & Archi-Diaconus*, JACOBVS A MELLENIUS, Fautor mihi honoratissimus, in *Epistola ad laudatum supra Sagittarium de antiquis quibusdam nummis Germanicis* Calend. Octob. MDCLXXVIII. Jenæ perscripta, accurate delineatum publicavit, è qua illum & heic bona ipsius, quod speramus, cum venia mutuati sumus.

§. XXXIV. *Priores tres minores*, (ut ab *his*, quod *litteras* exhibeant, & *vocem* integram legendam, *luculentioribus*, faciamus initium) primus profero integros, &, quoad scio, à nemine hætenus explicatos, quantumvis aliis monstratos sæpius, nec facile, tum ob *impresas litteras antiquas rudioris figuræ*, ex quibus nescio, quid factum fuit; tum ob *duarum sibi invicem oppositarum coronarum figuram*, insolens quid spirantem, explicandum. (h)

§. XXXV. *Quarti*, ut ad spectus docet, *truncati*, & non satis integri, explicationem equidem olim jam tentavit supra laudatus mihi MELLENIUS, sed, quod cum pace iterum *Viri Maxime Reverendi, honoratissimi*que, scribendum mihi est, vix satis feliciter, ut ex sequentibus vel ipse non diffitebitur.

§. XXXVI. Nempe cum *Vir humanissimus & nunquam sine laudis præfatione mihi memorandus* integro non satis uteretur nummo, tres in illo adhuc *residuas* conspiciendasque *litteras* legit: THV, illasque exinde per THVRING. (has litteras etenim capere istud potest spatium) restitui posse, autumavit; ut adeo sic reliquæ quatuor li-

E 2

te-

(h) Hinc toties literis sollicitabar à *Clarissimo, celeberrimo*que olim hodieque *Tenzelio*, qui omnibus fere editionem expositionis eorundem, *Supplemento* tunc suo secundo *Historiæ Gothanæ* intentus, urgebat, & quidem die 11. Julii a. 1709. hunc in modum: *Magnam vicissim mihi gratiam facies, si exposueris nomen Civitatis Thuringiæ, que nummos istos cum duabus coronis cuderit.* Rursus d. 3. Aug. ejusd. anni: *Epistolam, quam edere sis de nummis cum binis coronis, ab idè præstolor.* Atq, die 7. Septembr. iterum: *In Appendice Historiæ Gothanæ opus habeo explicatione Tua Nummorum, quos pro vetustissimis Thuringicis venditarunt Sagittarius & Mellenius, Grimmensteini, ut nosti, repertos; si nondum integra parata est tua Epistola, fac, ut saltem fragmentum ad illos pertinens proxime accipiam, Historiæque Gothanæ inseram.*

teræ in illo exulent. Huic proinde conjecturæ sequentem in jam nominata Epistola subjecit explicationem: *THVRINGIAM* videlicet *NOSTRAM* eo denotatam existimo, & statum illius *REGNI*, quod ab uno quodam *CORONATO* regebatur *CAPITE*, nunc in duos Dominos, *FRANCOS* scilicet & *SAXONES*, fuit divisum. Quam rem si acutangerem, eamque Eruditorum Polyhistorumque choro liceret probare, summo pere mihi gratularer de antiquissimo ac pretioso nummo meo. Ad annum enim Christi *DXIV.* esset revocandus, & si eo tempore (nec posterioribus seculis in memoriam forte rei ante actæ) foret cusus, ætatem mille quinquaginta & centum annorum supergrederetur. Et, interjecta pleniore descriptione belli illius Thuringici inter *Hermenfridum* Thuringorum, & *Theodoricum*, Francorum Reges, tandem concludit: *Hæc itaque est memorabilis illa Thuringici Regni divisio, quam BINAS* nummi nostri *CORONAS* designare auguramur. Certo quidem demonstrationum generi nullus in his talibus locus est: attamen quia rei gestæ historia cum inscriptione nummi tam belle convenit, non multum a vero aberrare conjecturam meam existimo, ut tamen meliora docentem facile sim admissurus, imo gratias eidem acturus singulares.

§. XXXVII. Hanc conjecturam, veri non exiguam primo intuitu ostentantem speciem, suæque inservientem scenæ, postea suo aliquoties firmavit calculo celeberrimus quondam Historicus, *D. CASPAR SAGITTARIUS*, Præceptorque meus post cineres colendus, primumque in *Tractatu suo de antiquitatibus Regni Thuringici*, (*hh*) sequentem in modum ibidem anno *MDCLXXXV.* scribens: *Im vorigen Seculo ist bey der Zersthörung des Grimmensteins eine uhralte kleine Münze gefunden worden, darauf zwey gegeneinander stehende Kronen geprägt zu sehen. Und bin ich gänzlich der Meynung, daß solche gleichfals zum Zeichen des unter die Francken und Sachsen vertheilten Königreichs Thüringen damahls gepräget worden, wie denn auf demselben Stücke / so mir der Fürstl. Sächsische Secretarius und Archivarius zum Friedenstein, Herr Friedrich Rudolphi/ vor einigen Jahren verehret, und den*
Abriß

(hh) Anno MDCLXXXV. Jenæ edito p. 281.

Abriß Herr Jacobus von Mellen / in seine mir zugeschriebene Epistel/ de Nummis quibusdam Germanicis, gerücket hat, die alten teutschen Buchstaben *THV.* noch ziemlich erkäntlich waren. Damit nun der werthe Leser hievon selbst urtheilen möge / habe ich diese Münze wieder abreißen lassen, und den Abdruck derselben diesem Werke einverleiben wollen. Et huic adhuc idem inhæsit opinioni anno MDCLXXXIX., in *Memorabilibus Historia Gothana* Cap. III. §. 23. ita scribens: *Eo autem tempore, quando REGNUM THVRINGIVM inter SAXONES & FRANCOS divisum, jam stetisse hoc castrum, fortean probari posset ex PARVULO isto NUMMO, in ruderibus diruti Grimmensteinii reperto. Nec deposuit illam annis quatuor post, cum pleniorum conscriberet Historiam Gothanam, à supra laudato Domino Tentzelio nunc ex voto Eruditorum confectam, iisdem pene verbis hæcce Cap. III. §. 28. repetens, ac in adjecta nota ad citatam Domini Mellenii Epistolam, de Nummis quibusdam Germanicis, & suum, de Antiquitatibus Regni Thuringici librum, lectorem denuo remittens.*

§. XXXVIII. Quæ hæctenus allata induxerant pariter *Virum* modo nominatum *Amplissimum*, W. E. TENTZELIVM, ut in *Colloquiis mensuris*, anno MDCLXXXIX. mense Julio p. 748. hunc in modum pronunciaret: Doch will ich mit dem Herren nicht allzu heftig streiten, ob eben *Gotha* damals erbauet worden; aber *Grimmenstein* muß so alt / wo nicht älter seyn / weil man bey dessen Zersthörung (soll heißen: Bey des zersthörten Schlosses Aufbauung) darinnen eine uralte Münze/ mit zwey gegen einander stehenden Kronen, gefunden/ welche der Herr *Sagittarius* im XII. Capitel beschreibet, und meynet gänzlich, daß solche zum Zeichen des/ nach Überwindung *Hermensfrieds*, unter die *Sachsen* und *Francken* vertheilten *Königreichs Thüringen*/ geprägt worden. Sed suboluit mox *Viro literatissimo* umbraria illa ac spuria antiquitas, hinc non diu post in arena quasi mutavit sententiam, ut mox audiemus.

§. XXXIX. Dictæ huic denique sententiæ frigidam suffundere videtur *Plurimum Reverendus Dn. JOHANNES CHRISTOPHORVS O-*

LEARIVS, descriptionem hujus ipsius nummi in *Isagoge sua ad Nummophylacium Bracteatorum*, pag. 38. ita tradens: THV. i. e. THV-RING. *Coronæ duæ sibi invicem oppositæ.* Mellenii quamvis magis, quam suam sic explicet mentem; assensu tamen suo dum non improbat, confirmare videtur. Sed mittamus nunc illos *lyra* oberantes eadem, circumspecturi, num non mens alia aliis de hoc nummo forte sedeat?

§. XL. Et rursus adest laudatus toties nobis W. E. TENTZELIVS, *binas* illas in nummis bracteatis *coronas* ad contentionem de imperio, cui *Fridericus*, Imperator, & *Henricus*, Anti-Cæsar, Landgrafiusque Thuringiæ, simul inhiabant, rectius suo judicio referens, taliaque loco supra citato prodens: Und kan man die darauf befindlichen beyden Kronen auch wol auf Kayser Friedrichen und Landgraf Heinrichen ziehen / die dazumal um das Kayserthum stritten? Sed quis ex his, quæso, nummos impressisset? an *Fridericus*, qui jure suo se tuebatur, nec divisum, nec traditum cupiebat Imperium? An *Henricus*? qui vix degustaverat illud, neque cedere illo, sed solus imperare volebat? Unde ergo *duæ* in nummis *coronæ*, & quidnam significantes? Quid multus? Certe primus intuitus illorum vel quemque leviter in his studiis versatum docere potest facile, ad illorum Cæsarum tempora non assurgere hos nummos.

§. XLI. Nunc ut ab his omnibus & singulis modeste heic differentiam, causas, ut spero, habeo non spernendas, quas quilibet pervidebit, si demonstravero, illum *manicum* primum non esse *tanta*, ut jactata fuit, *antiquitatis*, sed *longe recentiore*; dehinc *eundem cum istis*, quos *integros integerrimosque æri incisos exhibui*, ex asse convenire; & tandem sic invicem *curate diligenterque collatos non alii Urbi, nisi GOTHÆ, esse assignandos, adscribendosque.*

§. XLII. Prius, quod monstrandum in me recepi, erat, illum neutiquam *Francorum attingere tempora, eaque priora*, nedum *Friderici, Henricique ævum.* Nam si *Bracteatorum*, & quidem ex *purissimo argento, majorisque moduli*, (nam hi *antiquiores* sunt illis, qui sunt *medii minimique moduli & formæ*) genus post *Ottorum* demum

Cæ-

Cæsarum ævum invaluit, quod vero admodum simile, imo certissimum arbitramur, quæso, quis in *Regum Francorum* tempora illos *minimi moduli*, & quod plus est, *mixti æris*, rejiciet? Taceo, aliam omnem *Francis monetandi fuisse* rationem, & *ab utraque parte semper signandi formæ minoris solidos*, de quibus forsan alibi & fufius agendi erit occasio. *Friderici* præterea nummi, qui nobis hodie supersunt, ut hos in ipsorum censum non admittamus, ex primo monent conspectu. Ad alterum vero ut descendamus, truncatum illum cum integro exacte per omnia belleque convenire quoad figuram & litteras, vel primus rursus suffragatur intuitus. *Unius etenim ejusdemque formæ ac figuræ in utroque* conspiciuntur *coronæ, sibi invicem oppositæ*, nihil plane differentes, nisi quod *coronæ* in truncato antiquiori & simpliciori gaudeant figura, iisque à læva parte parvula adhæreat crux, quæ tamen, ut in aliis observare licet nummis, tunc temporis pro lubitu sculptoris, vel in medio, vel in margine addi, vel omitti, consuevit; quod vero vel majorem saltem sculptoris imperitiam, vel paulo prius percussioneis tempus arguit. Hinc aliquot horum *integros minorisque formæ* non solum Tabulæ III. N. 1. 2. 3. insculptos sistere placuit, coronarum figuris inter se paulisper quidem discrepantes, distinctis tamen & oppido extantibus literis vocem: GOTHE, vel: GOTHA (vide N. 2. 3. Tab. hac I.) offerentes; sed & *majoris moduli unum, aliis plane cum literis*, nempe: M. N. M. N. (quas per *Monetam Novam*, repetita voce, interpretor) Tab. III. N. 1. æri incisum (a) in medium producere volumus. Literarum cæteroquin ductus in utroque est idem, *medio ævo* scilicet receptus, qui iterum, ut dixi, conceptam de iis antiquitatem forti quasi ariete, unoque velut impetu, è fundamento tantum non labefactat, sed & penitus disjicit. Atque hoc ipsum erat, quod sæpius jam laudatum Dn. TENTZELIVM ad aliam, licet de officina monetaria adhuc incertam, mentem, perduxit, ut paulo post in hæc verba erumperet: *Daß eine alte Münze darinnen (im Schloß Grimmenstein) gefunden worden, beweiset nicht,*

(a) Ex benevola supra laudati Dn. Olearii communicatione.

nicht, daß dessen Alterthum von König Hermensfrieds Zeiten herzu-
holen. Denn es ist ungewiß, ob die Münze selbst so alt sey, &c.
Zum wenigsten kommen meiner Einfalt nach die darauf noch kennt-
lichen Buchstaben *THV* der im 13. *Seculo* gewöhnlichen Schreib-
Art viel näher, als der uhralten im sechsten *Seculo*. Wenn ich das
Original könnte zu sehen bekommen, wolte ich vielleicht mehr Anzeigungen
einer neuern Zeit finden. Et recte hactenus tantam ejus antiqui-
tatem *ex figuris impressarum literarum* sæpius laudatus Autor oppu-
gnavit, vellem modo, pro *Seculo decimo tertio*, (in hoc quippe illi
plane non incidunt) *decimum quartum* nominasset cum *decimo quin-
to*, quibus exacte respondent ejusmodi nummi.

§. XLIII. At inquis: *Quæ convenientia inter literas: THV &
GOTHE?* Dicam extemplo illam, & ad oculum eandem mox de-
monstrabo. Nummo scilicet isti truncato impressa exstitit vox:
GOTHE; atque ita, ut crucis figura semper fere literis in nummis
præmissa, duæque priores literæ: † GO vel æruginè, vel usu fre-
quentiori legentium visui subductæ fuerint; adeoque ex residuis
posterioribus literis THE enatum illud THV fuit, vestigio saltem
literæ ultimæ E relicto, vixque satis cognoscibili, ac exinde facile
per V propter convenientiam ductus antiquioris exponendo.

§. XLIV. Nunc ad *tertium*, quod probandum mihi sumseram,
venio, istum GOTHAM, inter primarias *Thuringiæ* urbes
haud postremam, ad *Linam* flumen sitam, *solam agnoscere matrem*.
Hoc vero quam sit factu non admodum difficile, nemo non affir-
mabit, qui jam dicenda curatius, & præcipue *nomen urbis totidem
literis antiquis Germanicis in nummis obsignatum*, GOTHE scilicet,
vel GOTHA, vel GO†THA, attenderit, idque non solum in *meo
nummo*, quem sub Num. I. Tabula II. conspiciendum dedi, sed &
in aliis tribus, quos ex splendidissimo *Ducali Nummophylacio* de-
promptos Tabula III. N. 1.2.3. intuentium subjeci oculis.

§. XLV. Neque est, quod quis *terminationem* miretur, nomi-
ne scilicet urbis cudentis in uno nummo definente in E, in duobus
vere aliis in A; cum in *Ienensibus* quoque & IHENE & IHENA de-
pre-

prehendi, in Schediasmate (b) de iis ipsis alio tempore à me fuerit ostensum. Quid? quod & *Scriptores* ipsi antiquiores in *scriptione nominis Gothæ* mirum in modum variant, ita ut passim GOTHA (c) GOTAA, GOTAHA (d) GODE, perinde ac alias GOTA (da) GOTHE (db) offendas. An vero GOTHA à GOTHIS, seu GENTE GOTHICA, ortum nomenque trahat, uti PHILIPPVS MELANCHTHON, REINERVS REINECCIUS, MARCVS WAGNERVS, BARTHOLOMÆVS HVBNERVS, SEBASTIANVS MÜNSTERVS, JOHANNES STIGELIVS, MATTHÆVS DRESSERVS, WOLFGANGVS HEIDERVS, STEPHANVS RITTERVS, SEBASTIANVS SCHROEDERVS, JOHANNES SCHOSSERVS, aliique (e) non pauci olim hodieque credidere, vel *convenientia nominis*, vel *insignibus*, (leone scilicet & agno lapidi cuidam, in veteri turri reperto, insculptis, qui tamen nihil minus, quam ipsorum fuere *δείγμα*) vel *aureis nummulis* scutellaribus & scyphatis, vulgo *Gothicis*, qui sæpius circa *Gotham* fuere olim hodieque reperti, induti; an à GOTHARDO, ab anno MV. *Abbate Hirsfeldensi*, anno vero MXXII. *Episcopo Hildesiensi*, appellationem acceperit, cui opinioni S. *Gothardi imago*, quam *Gothana* Civitas & hodie in *Insignibus* præferre solet; (f) nec non S. *Gothardi* fons (g) olim & heic celebris,

F

bris,

- (b) Anno MDCXCVII. Dresdæ typis excuso, de *nummis* videlicet *Salsfeldensibus*, *Arnstadiensibus* & *Jenensibus*, in 4to.
- (c) In diplomate *Ludovici III.* Landgravii anno MCLXVIII. exarato apud Auctorem de Landgravii Thuringiæ Cap. 36. alioque à *Civibus Gothanis* A. MCCL. conscripto. Vid. *Sagittarii Hist.* pleniorum Gorhanam p. 390.
- (d) In *Notitiis antiquis* v. g. A. MCIX. MCXCVI. Vide *Tentzelii Supplem.* II. *Gothanum* passim & imprimis p. 374. 375.
- (da) In *Sigillo* majori civitatis. Item in diplomate Alberti Landgravii a. MCCLXII. dato. Vid. *Sagitt.* H. G. p. 235.
- (db) In *Sigillo* civitatis minori sic legas.
- (e) Videatur *SAGITTARII Historia Gothana* plen. p. 2. 3. 4. 5. & *TENTZELII Supplem.* II. *Goth.* p. 1.
- (f) Ista etenim, ut ex *Sigillo* hujus Urbis majori patet, *Gothardum* sistunt, Urbis hujus, dum sub *Papatu* hæreret, *Patronum præcipuum*, sedentem in consveto habitu *Episcopali*, & nimbo circum, *dexteræ pedum*, *sinistræ librum* tenentem, ad latus: S. GOTEHARDVS, circa: SIGILLVM CIVIVM IN GOTA. Neque aliter & *Sigillum minus* eundem nobis offert, modo quod veluti in *Ecclesia cathedrali* confideat, & manu *dextra librum*, *sinistræ pedum* præferat, circumscriptis his vocibus: S. SECRETVM CIVIVM IN GOTHE.
- (g) Cujus jam an. MCCLXXX. occurrit mentio in diplomate hinc: *Ut illam particulam, quæ ad fontem S. Gothardi adjacet*, &c. *Sagitt.* *Hist.* *Goth.* p. 85; qui hodiernus *bruleti fons* vulgo reputatur.

bris; itemque *census*, quos adhuc *Hirsfeldensi* Ecclesiæ nonnulli *Gothani* cives solvere necesse habent, favere videntur; an denique MEINGOTHO, *Hirsfeldensi Abbati*, denominatio vindicanda sit, quem Urbem *Gotham* condidisse, Annalibus Erfurtenfibus subnixus testatur *Fabricius*, de eo viderint ii, quibus *Commentarios* de hac ipsa urbe scribere, est animus. Nostro, si quod est, iudicio à *bona aqua* (*Gotaha*) (*b*) *Gotham* nostram appellationem habere, prorsus arbitramur.

§. XLVI. Tandem *Grimmensteinii* in *rueribus* fuit repertus, in suo quasi loco *nativo*. Novi equidem, à loco *inventionis* non firmum semper peti argumentum, quo *ibidem* præcise conflatum fuisse, inferri queat; attamen si attendas simul rectius *comitem*, qui *ibidem* pariter cum hoc ipso tunc temporis fuit effossus, *Thuringicum, coævum* scilicet, cum *leone*, vel potius *Brunsvicensem* recentiore, & vix *duorum seculorum* cum *dimidio*; jungasque his ea quoque, quæ sequuntur, non minimum certe & explicationi meæ adjicietur momentum.

§. XLVII. Primo, ut argumenta nostra nunc foras proferamus, adest Autor MERLENIVS, qui, teste *Christ. Francisco Paullini*, (*i*) in suo *Chronico Rythmico MSto* clare asserit, GOTHANOS ab anno MCCCXXXII. usque ad annum MCCCXXXV. dedisse nummos. Idem vero C. F. PAVLLINI sive *Merlenio*, sive alio Autore edoctus, & GOTHANOS, & *Isenacenses*, & *Weissenfenses*, & *Jenenses*, & *Saalfeldenses*, Superiorum fuorum indultu, anno quoque MCCCCVIII. in publicum emisisse *nummos argenteos*, refert. (*k*) Sed angustiores nimis nostris *nummis Gothanis* ab *utroque* fuisse adsignatos limites, ex sequentibus constabit rectius.

§. XLVIII. Jam vero multo magis stringentia, & quæ dubium am-

(*b*) Ita fere semper scriptum in *diplomatibus Reinhardsbornensibus* occurrit antiquioribus, *god* vero & *goda* nihil aliud quam *bonum*, & *aa* itemq; *aha aquam* in lingua veteri Teutonica designant, referente hoc nobis non solum *Francisco Junio* in *Glossario Gothico* p. 132. sed & *Sagittario in Antiquitatib. Ducatus Thuringici* p. 299; quam in primis in *Bruleto* fonte reperisse se creditit *Tenzelius Suppl. II. Goth.* p. 1.2.69. 232. cui & eandem fuisse mentem, exinde satis constat.

(*i*) Ad annum scilicet MCCCXXXII. in *Annal. Isenac.* p. 108, infra in *Nota* (*d*)

(*k*) In *Annalibus Isenacensibus* p. 108.

amplius non admittunt, dabimus. Et quò certiora tandem in Thuringorum, & præcipue *nostræ* etiam *Urbis* re monetaria exculpamus, eandem, veluti ab *ovo*, quod dicitur, repetere, haud abs re erit, ituri retro inoffenso quasi pede per plura *elapsa jam secula*, & quousq; saltem *diplomatibus & authenticis scriptis* innitentibus nobis licuerit, veluti per *inductionem* etiam ostensuri, quæ inde elicere valeamus porisinata & confectaria, aliis vel accensum quasi lumen in hac obscuritate in manus tradentia, vel certe facem ad alia indaganda in posterum secure præferentia, minimum, si tanti sunt, in exemplum trahenda, quæ imitentur alii in perscrutandis aliarum civitatum aut provinciarum nummis, monetandique rationibus. Hoc saltem, B. L. heic oratum cupimus, ne forte ex sæpiuscule unius rei repetita lectione, tædium sibi suboriri patiatur; sed nostrum hunc excursum æqui bonique consulat, promittentes non solum, id omne, qua fieri poterit, brevitate compensaturos, sed &, ut rem capiamus rectius, & obortum forte etiam leniamus tædium, singulis quibusque seculis monita qualiacunque nostra statim subjecturos.

§. XLIX. Nunc ad nostros recto pede pergentes nummos, publice profiteri habemus, nulla hucusque antiquiora monetæ vestigia (intellige quoad Urbem *Gotham*) reperta à nobis esse, quam in *Ludovici III.* Landgravii Thuringiæ, prioris stirpis, anno MCLXVIII. exarato diplomate, (1) quo permutationem certorum redituum pro prædio quodam *Herrenhoff*, quod Monasterium Georgenthalense ab Reinhardsbrunnensi acceperat, confirmatam legimus. Inter alia in eodem injicitur mentio, quod S. Georgii Ecclesia isti tradiderit *VIII. libras redituum* in Struwe, *III. libras* in Bodelstete, *VI. solidos* in Bossenbrunnen, *III. solidos & dimidium* in Uneleiben, *XXX. solidos* in Nottleiben, & insuper *VIII. libras argenti ponderati*. Sex annis post, anno MCLXXIV. idem *Ludovicus* ratam esse jubet coëmptionem prædii in villa *Tutteleben*, quod à *Ludigero*, nobili viro, Abbas Reinhardsbornensis, *Hermannus*, centum

(1) Tentzelii Suppl. II. Goth. p. 479. 480.

marcarum pretio suum fecerat. (m) Anno MCXCVI. fit mentio XV. *solidorum*, quibus redditus, *Henricus*, Fuldenfis Abbas, advocatiam villæ *Katirvelt* alii ex pacto tradidit. (n)

§. L. Ex dictis, me vel tacente, facile pervidebit Lector benevolus, sermonem heic esse tantum de *Landgraviorum*, antiquioris stirpis, quibus & Gotham olim paruisse constat, multis in publicum emissis nummis bractealibus. Unde si quæramus, an non & *solidi*, ab utraque parte obfignati, qui tunc simul cum hisce currebant per hominum manus, aliorum *Imperii Statuum* heic loci non fuerint in usu? tenendum est, quod supra clare §. XXIII. docuimus, illatos quidem & illos quandoq; & sæpius etiam, nostræ fuisse regioni, sed commutandos heic fuisse apud *cambiatores* (im Wechsel) aut in *nostros bracteatos*, aut in *marcas examinati argenti*, pro quibus quantum fuerit solvendum, supra quoq; p. 5. N. (gg) & p. 25. ad *notam* (q) ostendimus. *Isti vero Landgravii*, si porro insistamus quærendo, an *heic loci* pariter officinam habuerint monetariam? hoc non tam certus affirmare ausim, ac de *ISENACO*, frequentioris quippe *commorationis* ipsorum loco, ac sede Landgraviorum, in quorum insuper *nummis bractealibus* distincte sæpius legimus: LVDEWICVS PROVINCIALIS COMES DE ISENAC, (o) de quo aliquando in Dissertatione de *Nummis Isenacensibus* me pluribus jam egisse quoque, memini. *Seculo præterea hoc duodecimo* non solum *libras solidosque argenti obfignati*, sed & *libras simul argenti ponderati*, sive *rudis*, simul fuisse in usu; (oo) *marcam* etiam tunc jam æquipolluisse

(m) Suppl. II. Gothano p. 490.

(n) Suppl. II. Goth. p. 512.

(o) Vide sis Dissertationem nostram de Nummis Isenacensibus p. 71. 76. & *Tenzeli* Suppl. II. Goth. p. 482. Itemque *Paulinum* in suis Annalibus Isenac. p. 29. 30. 31.

(oo) *Tilemannus Frisius* p. 113: Und seyn (in diesem 12. Seculo) die grossen Handlunge und Verschreibungen auch bey *Marck Silbers* geschehen: die *Marck zu acht Reimischen Golds Gulden* gleich sein Silber gerechnet. Sed hoc præterea observandum, *marcam argenti obfignati*, & *rudis*, ob bonitatem internam nummorum tunc usualium, unum fere idemque fuisse, quod & *Tilemannus Frisius* negare non potest, p. 152. scribens: Demnach die alten *Pfennige* in annis 1000. 1100. und 1200. geschlagen, so mehr lauter Silber seyn / so ist der Zeit die *Marck Silber*, oder ein *Marck Pfennige* gleich gewesen, und gleich gegolten, also wer Silber gehabt, und den gesetzten ordentlichen Schläge Schatz dabey geleyet, das ist eben

hülffe *libra*; *marcaque* si nominetur heic loci, nullam aliam, nisi *Coloniensem*, (ooo) intelligendam esse, probe observamus.

§. LI. Ad seculum *tertium* properamus nunc & *decimum*, in cuius anno octavo (MCCVIII.) silvam centum & quinquaginta jugerum, in monte scilicet *Eitirsberg*, à *Wichardo*, Reinhardsbornensi Abbate, *decem marcis argenti* emtam, *Hermannum*, Landgravium, legimus confirmasse; (p) sequentique anno eundem Landgravium, *Hermannum*, *Friderichrodanum* mercatum, vicinis urbibus tenus hac damnosum, acceptis *quadraginta marcis argenti*, salvum & in posterum iussisse. (q) Anno MCCXXII. *Ludovicus IV.* Landgravius ab *Eberhardo*, *Georgenthalensi* Abbate, *centum marcas argenti* examinati accipiens, ipsi pro iis *curiam*, *mansosque decem*, cum areis ad illos spectantibus, in villa *Notteleyben* diplomate adjudicavit. (r) Anno MCCLII. *Hartungus*, civis *Gothanus*, cum uxore sua, *Monasterio* *Georgenthalico* mansum donavit, situm in *Sibeleiben*, quem *decem marcis* emerat ad *Hartungum*, filium *Gerbotonis Monetarii*, cuius tamen arbitrio manebat relictum, has *decem marcas* *Monasterio*, si visum ita ipsi fuerit, rursus persolvendi, quo alium sibi subinde comparare possent mansum. (rr) Anno MCCLVI. *Ludovicus*, Abbas *Reinhardsbornensis*, à *Gerhardo* de *Rymstete* molendinum, salictum, aream & piscinam in villa *Remstet* pro *quadraginta & tribus marcis argenti* sibi suoq; comparavit *Monasterio*; (s) eodemqve anno

F 3

MCCLVI.

eben gleich gewesen, als ob es eitel silberin Pfennige wären, inmassen der Zeit der Gebrauch also gehalten worden, welches auf 8. Goldgülden zum allerhöchsten taxiret wird. Und p. 144: So seyn auch die dinnen hohlen Pfennige vor 4. 5. und sechs hundert Jahren (rectius dixisset saltem ante quadringentos annos; scripserat enim anno 1592. & antiquiores non habemus) eitel Silber gewesen, die man bey Marken und Loten gewogen, und damit gehandelt hat, daß also Geld/ oder die silberin Pfennige, vor Silber/ und Silber vor Geld/ oder Pfennige/ und eine Mark Silber, oder eine Mark Pfennige alle gleich gewesen.

(ooo) Tilemannus Frisius p. 146: Sondern die Marke nicht gleich seyn, indem die Troische Marke schwerer als die Wendische; die Wendische schwerer als die Nürnbergische; die Nürnbergische schwerer als die Augspurgische; die Augspurgische schwerer als die Cölnische; die Cölnische schwerer als die Mayländische. Unter den allen die Cölnische in diesen Landen die gewöhnlichste, damit gleich seyn die Franckfurtische/ Erfurtische/ Leipzische/ Göttingische/ und andere Marke dieses Landes.

(p) Suppl. II. Goth. p. 531. 532. (q) Tentz. Sup. II. Goth. p. 533.

(r) Ibid. p. 533. (rr) Sag. H. G. p. 390. (s) Suppl. II. Goth. p. 604.

MCCLVI. *Henricus Scholaris* mansum & dimidium in villa Nottyleiben Abbati, *Bertholdo*, & Conventui *Georgenthalico viginti marcis* vendiderat. (t) An. MCCLIX. *Gertrudis*, civis Gothana, laudato Monasterio Georgenthalico curiam suam in *Gotha* ea conditione contulit, ut singulis annis exinde hic ipse Conventus *sex denarios* habeat. (u) Anno MCCLXIII. *Burchardus*, Comes de Brandenburg, solutis sibi denuo quot annis *duodecim marcis argenti*, & certo censu, ea bona omnia, quæ Abbatissa ad S. Crucem, Cisterciensis Ordinis, Gothana ab ipso in pago Goldbach possederat, plenissime assignavit; (x) eidemque Monasterio vicissim anno MCCLXV. *quinque solidos redituum* cum *manso & duobus pratis* in pago Lina *Albertus*, Landgravius, dicavit. (y) An. MCCLXVII. *Cunradus Scholaris* curiam in Arnstete *viginti octo marcis argenti* ab Engilberga, Vlrici vidua, sibi comparaverat. (z) Ex diplomate *Ludovici*, Abbatis Reinhardsbornensis, anno MCCLXXIII. exarato, colligere datur, mansum, solventem *novem & dimidium solidos*, ipsum pro *tribus marcis* vendidisse Abbatissæ S. Crucis Gothæ. (a) Anno MCCLXXIV. Monasterio Hunefeldensi *octo marca argenti* pro expensis, circa prolata cum Monasterio S. Crucis Gothano litigia & disceptationes, factis, refundendæ fuerunt; (b) sequentique mox anno MCCLXXV. eidem Monialium Monasterio Gothano censum *annui fertonis*, ex pistrino solvendum, Senatus adscripsit Gothanus. (c) Anno MCCLXXXII. *decem talenta* & decem pullos annui census, quæ, ex legato *Henrici Rose*, Monasterio Reinhardsbornensi danda erant, *Albertus*, Landgravius, Notitia publica rata iussit. (d) Sequenti hunc anno (MCCLXXXIII.) ex liberalitate *Hermann*, Ecclesiæ Vallis S. Georgii majoris Advocati, hujus Monasterii Conventus *marcam argenti* singulis annis accepit, *decem marcis* comparatam apud *Hermannum* de Phalindorff, & ex domo *Martini Kommereri* exsolvendam. (e) A. MCCLXXXIV. *Vda*, Dieterici de Tulfstet

vi-

(t) Sagitt. H. G. p. 391.

(u) Sagittar. H. G. p. 391. 392.

(x) Sagitt. H. G. p. 67.

(y) Sag. H. G. p. 71.

(z) Sag. H. G. p. 71.

(a) Sagitt. H. G. p. 78.

(b) Sagitt. H. G. p. 79.

(c) Ibidem p. 79.

(d) Ibid. p. 395.

vidua, Monasterio S. Crucis monialium Gothano sylvam in monte Cramberch pro *viginti quatuor marcis argenti* vendidit. (f) Altero ab hoc vero anno MCCLXXXVI, *Rudolfus Lusso* eidem Monasterio S. Crucis Gothano *octo solidos denariorum*, sibi alias annis singulis solvendos, ante obitum remisit. (g) Quatuor annis post MCCXC. *Bertrada*, Henrici senioris de Wandisleben vidua, S. Michaelis novo altari in Augustinianorum Monasterio Gothano curiam, sive prædium suum, in *Kinteleben*, inter alia etiam quatuor *solidos moneta usualis* quot annis solvens, ut vigiliæ missæque pro sua & defuncti mariti animabus in eodem celebrentur, dicavit. (h) Anno MCCXCII. *Hermannus* junior, Camerarius de Vanre, Sanctimoni- alium ad S. Crucem Monasterio bona sua in Vffhusen pro *octo mar- cis pecunie usualis* oppignoravit; (i) Tribusque annis post (MCCXCV.) *Eberhardus de Malsleben* eidem Monasterio molendinum ad pagum Mittelhusen, supra alia & *unam marcam usualis argenti* pendens, vendidit; (r) duasque *marcas* annui redditus & *pensionis perpetuæ*, (uti ipsa verba Notitiæ habent) aut summam *viginti mar- carum usualis pecunie*, fortis loco, quibus alibi aliquando annuus iste census possit redimi, Luckardis de *Wangenheim* eidem Mona- sterio legavit, quod ejusdem *Abbatissa Heilwigem*, filiam, inter moniales suas esse voluerat. (s)

§. LII. Dum vero & *hujus Seculi decimi tertii* monetandi ratio- nem brevi opera discurremus, vilissima præprimis rerum omnium tunc attendimus, expendimusque pretia. Nam quis, proh homi- num fidem! hodie pro *decem* tantummodo *marcis argenti* sibi *syl- vam centum & quinquaginta jugerum* (150. Acker Holz) comparare po- tis est? Quis *mansum* (eine Hufe Landes) hodierno die *quinque*, vel *sex, octo*, aut *decem* etiam *marcis argenti* suum potest facere? *mille* florenis potius heic loci hodierno die coemendum? Quis cre- det facile, *molendinum, aream, salictum & piscinam* pro *quadraginta* &

(e) Sagitt. H. G. p. 394.

(f) Sagitt. l. c. p. 90.

(g) Sagitt. H. G. p. 90. 91.

(h) Ibid. p. 154.

(i) Ibid. p. 94.

(r) Sagitt. H. G. p. 97.

(s) Sag. l. c. p. 105.

& tribus marcis tunc potuisse comparari? Quis conjiciet, *sylvam Gothie* nostræ adjacentem in monte *Cromberg*, viginti quatuor marcis fuisse olim venditam? Et dum supra anno MCCLIII. MCCLVI. itemque MCCLVIII. (sa) HARTVNGVM, GERBOTONIS MONETARII filium habuimus obvium, itemque, uti infra audiemus, GVNTERVS anno MCCLXXI. MCCLXXV. MCCLXXXV. & VOLMARVS anno MCCLXXXIII. MCCLXXV. GVNTHERVS MCCLXXX. MCCLXXXIV. MCCLXXXV. VOLMARVSque JUNIOR MCCLXXXV. & VOLMARVS Junior cum HEINRICO MCCLXXXVI. MONETARII occurrunt, non vanam exinde capimus conjecturam, ab alterius stirpis Landgraviorum, HENRICI, puta, illustris, statim temporibus, institutam erectamque heic fuisse officinam monetariam, GERBOTONEMque primum eidem cum laude præfuisse, sub consveto tunc temporis *Monetarii* nomine, filiumque habuisse HARTVNGVM, ejusdem professionis ac artis studiosum. Sique me non fallunt omnia, eadem tribuendum quoque esse eundem nummum, quem Tab. II. N. 1. exhibui, arbitrarer, quippe qui & figuris literarum, & crassiore monetandi ratione cum *Henrici illustris* nummis aliis, alibi que, & præprimis *Freibergæ* percusis belle admodum conspirat atque eximie. (sb) Legimus præterea in eodem (ut de impressis *duarum coronarum sibi invicem oppositarum figuris*, quæ tamen veluti consveto modo in nummis Gothanis fuere ob signatæ, hoc loco nihil moneamus) *Moneta Nova*, & quidem, vocibus initialibus repetitis, repetita quoque in eadem vice, non secus ac in *HENRICI illustris* Nummis bractealibus, *cassidem* figuræ antiquæ saltem in area exhibentibus: M.N. M.N. iisdem nec alia ratione interpretandis, quos alio die, Augurum formula, mittam in dias luminis auras. Dumque anno MCCXCI. GVNTHERVM Monetarium; anno MCCCII. DITHMARVM MONETARIVM; anno MCCCXI. GVNTHERVM rursus MONETARIVM habemus obvios; annisque

(sa) Sagitt. H. Goth. p. 373. 390. In quo & Amplif. Dn. TENTZELIVM habemus consentientem, dum p. 36. Suppl. II. Gothani ita scribit: Neque tamen illa nostra diplomata supra alteram Landgraviorum stirpem, Misnicam, ascendunt, ut omnino ab HENRICO, illustri, officina monetaria in urbe nostra instituta videatur.

(sb) Inprimis quod ex puro, constet argento, insignis antiquitatis indicium est;

que MCCXC. MONETA VSVALIS; anno MCCXCII. PECVNIA VSVALIS; anno MCCXCV. VSVALE ARGENTVM passim occurrit in diplomatib9, quis neget ab ALBERTO, filio, Marchione Misnensi & Landgravio Thuringiæ, jus monetandi fuisse continuatum in urbe *Gotha*. Ut tamen nunc de *nummis* certe *insignis antiquitatis*, & circa annum jam MCCLVI. sequentibusque foras & in publicum à *Marchionibus* Misniæ, *Landgraviisque* Thuringiæ, datis, gloriari habeamus, multisque aliarum Civitatum nummis in hac parte palmam facere non solum queamus dubiam, sed & haud difficulter præripere. Observamus præterea, *trium marcarum* (capitis) usuram fuisse *novem cum dimidio*, aut *decem* etiam *solidos*; *marcam* & *talentum*, perinde ac supra libra, tunc itidem adhuc æquipollere; (*ra*) *unam marcã* (quæ *octo florenos* valebat) census annui pro *decem marcis* fuisse comparandam; *pecuniam* & *argentum usuale* (ausgemünzet und geprägt Geld) opponi *argento examinato*, (*rb*) (fein Silber) & *utrumque* (*rc*) tunc indifferenter communiterque currisse; *duarum marcarum* usuram forte *viginti marcarum* Seculo hoc exeunte fuisse redimendam; *marcis* (*rd*) denique, *talentis*, *fertonibus*, (*re*) *solidis*, *denariis* omnia esse divendita. (*rf*)

G

§. LIII.

- (*ra*) Sed sequenti seculo distincta fuere, tradente & hoc *Tilemanno Friso*, ad Seculum 13, p. 116: Wie dann zu Erfurt im Anfang des folgenden Seculi 2. Pfund eine Erfurtische Mark gemacht.
- (*rb*) Intellige argentum finum, siquidem hoc Seculum perduravit, attestantibus non solum hoc nummis, sed & *Til. Friso* p. 117. Ob nun wol abzunehmen, daß die Mark Silbers den vorigen (prioris sc. seculi) gleichmächtig auf fein Silber geachtet / dahero die Mark auf 8. Goldgilden auch taxiret, und sonderlich was zu Anfange dieses Seculi (neque vero aliud sub finem Seculi novimus) verschrieben.
- (*rc*) *Tilem. Frisius* l. c. p. 116: Und ist in diesem und im Anfange des folgenden Seculi diese Manier und Form des Handels und der Münz zu Erfurt (imo & Gotha) also gewesen / daß man bey Mark Silbers ungemünzet, auch Verdingen / Unzen, Lothen und Pfennigen (intellige nummos brass, signatos) gehandelt hat. Et p. 119: Der gemeine Mann hat bey Markten / Unzen / Lothen / Pfunden / Schillingen und Pfennigen, gemeinlich dünne hohle Pfennige von gutem Silber / gehandelt.
- (*rd*) Quod viginti solidi confecerint marcã, ex *Königshovii Chronico* adhuc corroborabimus, & legibus quidem monetariorum p. 721: Debet autem *moneta esse in eo pondere, quod viginti solidi faciant marcã*, qui denarii dicuntur *phundis*.
- (*re*) Ferto, quarta pars est marçæ aut libræ. Ita *Frisius* p. 154: Die Mark werden getheilet

in

§. LIII. In *decimum quartum* nunc delati Seculum, perque singulas annorum decurias euntes, denuo capiemus subinde, quod ex usu in posterum esse nobis possit. Atq; ita novimus, Anno MCCCCI. *Hartnidum*, Abbatem Breitungensem, Monasterio laudato supra S. Crucis Monialium Gothano unum mansum in pago *Tophleben* pro *viginti & sex marcis usualis argenti* vendidisse; (r) ejusdemque Monasterii Abbatissam an. MCCCCII. Gerhardi de Sula posteris, pro bonis suis in pago *Goldbach*, *tredecim libras denariorum* persolvisse. (u) Anno MCCCCIII. *Albertus, Landgravius*, præter judicium in *Buffleben*, & *quinque marcas* annuæ pensionis, pro anniversario uxori suæ ibidem habendo, eidem addixit monasterio; (x) perinde ac sequente MCCCCIV. anno *Hermannus Capuz, de Muhlburg*, eidem mansum in campis *Remstet* pro *viginti & tribus marcis examinati argenti* vendiderat; (y) Eoque ipso anno *Heinricus de Vffhusen* in Cœnobii *Georgenthalici* usus *sex domos*, in urbe *Gotha* fitas, *duas marcas & quatuor fertones* annis singulis solventes, Senatu sic volente, tradidit. (z) Anno MCCCX. *Heinricus Wyswerck*, civis Gothanus, inter alia & *decem solidos* de certis domibus, pro peragendo suo in Monasterio S. Crucis anniversario, destinaverat. (zz) Anno MCCCXII. *Gebhardus, miles de Malsleybin*, Conventui Fratrum Eremitarum Ordinis Augustini reditus *quatuordecim marcarum puri argenti* cum *quinque fertonibus usualibus* ex molendino, ad piscinam *Mittelhusin* sito, perpetuo possidendos assignavit. (a) An. MCCCXIV. *Hermannus de*

in halbe Marke und Verdinge/welcher ein viertel Theil einer jeglichen Mark ist, also ist einer Istigen Mark Vierding 4. Loth.

(r) Tilem, Frisus in Spec. Monet. ad Seculum 13. p. 115. Es ist auch demgleichen in der Stadt Erphurt und andern Orthen so strenge gehalten worden, über die falsche Münze, daß der Münzmeister, oder der Hausgenosse / keinen falschen Pfennig bey Leibstraff aussgeben muste. -- Und muste niemand Silber verkaufen / er brachte es denn auf die Münze. Es muste auch niemand Eriger offen haben, oder Granalien machen bey Leibstraffe. Daraus zu befinden, daß noch dero Zeit die Handlung bey Pfennigen geschehen, oder bey Marken, oder Lothen.

(r) Sagit. H. G. p. 105.

(u) Sagittar. H. G. p. 107.

(x) Sag. H. G. p. 110.

(y) Ibidem p. 113.

(z) Sagitt. H. G. p. 395.

(zz) Ibid. p. 115,

(a) Ibid. p. 155.

de *Mila curiam in Goldbach à Burchardo de Brandenburg*, avunculo suo, duabus *marcis puri argenti cum dimidia* coemptam, Xenodochio secure possidendam adscripsit. (b) A. MCCCXXI. *Agnes, S. Crucis in Gotha* Abbatissa, pro *quinque marcis Walthero & Hildegardi*, sorori, vendidit modium frumenti, annuatim solvendum, hac tamen lege, ut post obitum ipsorum Cœnobio cedat. (c) A. O. MCCCXXII. *Gerhardus de Remstet* omnia sua in eadem villa bona iisdem monialibus pro *triginta & quatuor marcis puri argenti* in usus ipsorum tradidit. (d) Anno MCCCXXVI. *Fridericus & Albertus Wangenheimii*, fratres, eidem monasterio mansum in campis villæ *Eberstet*, & *sex marcas*, de octo mansis in pago *Phalendorff*, annui census, pendendas, pro quatuor puellarum ex ipsorum Gente receptione, adscribunt. (e) Anno MCCCXXVII. *Burchardus & Albertus*, fratres de *Brandenburg*, duos & dimidium mansos in villa *Goldbach* Commendatori Ordinis *S. Lazari* pro *quingenta quinque marcis examinati argenti* possidendos obtulerunt; (f) eodemque anno Abbas *Reinhardsbornensis* & Conventus cum cive *Gothano*, *Hermanno Hase*, ædes commutarunt, hac tamen conditione, ut in posterum etiam pro acceptis ædibus, ex consuetudine loci recepta, Senatui quot annis *semifertonem* Monasterium solvere teneatur. (g) Sequenti anno MCCCXXVIII. *Gutela*, Abbatissa *S. Crucis*, duos mansos *Henrico Wirsingio*, civi *Gothano*, pro *viginti & quinque marcis puri argenti* vendidit, hac lege, ut post obitum duorum suorum liberorum ad Monasterium rursus redirent. (h) Longe carius sed in proprios simul & usus sequenti MCCCXXIX. anno *Elisabetha*, *Thuringiæ Landgravia*, à monialibus

(b) Tenzelii Suppl. II. Goth. p. 624.

(c) Sagitt. H. G. p. 120. (d) Sagitt. H. G. p. 122.

(e) Sagitt. H. G. p. 124. (f) Tenz. Sup. II. Goth. p. 640.

(g) Sagitt. H. G. p. 397. Et ex Diplomatum datur colligere, *semifertonem* solvendum fuisse de qua fere domo in urbe *Gotha*. Vide Sagittar. Hist. Goth. p. 401. ubi: *Salvo dimidio fertone solvendo Civitati nostre anno quolibet, si per nos nostrosque successores solutionis tempore monventur.*

(h) Sagitt. H. G. p. 126.

tres mansos, (i) pro *sexaginta sex marcis* nempe *examinati argenti*, ex re-
ditibus dotalitii solvendis; qvanqvam ab obitu suo, ob anniversarium
suum & mariti ibidem instituenda, Monasterio reddendos, coëmit.
Ex manso in villa Grabesleybin duæ moniales ejusdē S. Crucis Mo-
nasterii anno MCCCXXXIII. *unam libram* annui census habuere ac-
cipiendam; quo ipso & anno *Dietericus de Siebeleben* monasterio lau-
dato unum mansum villæ *Tuteleben*, solventem annis singulis *duos so-
lidos*, adscripsit. (l) Anno sequenti MCCCXXXIV. *Catharina de Sebergen*,
monialis ibidem, de mansi duobus qvartalibus, *protredecim marcis
absque uno fertone coëmpitis, decem solidos* annuos accepit. (m) Anno
MCCCXXXV. *Hildegardis*, Begina de *Remstet*, ex uno manso, in Vrimar-
sito & pro *quatuor marcis puri argenti* sibi appropriato, metretum tri-
tici habuit, ab ipsius obitu Monasterio S. Crucis iterum legato; (n)
eodemq; anno *Albertus Lantman*, Cellerarius, duos mansos in cam-
pis villæ *Tuteleibin*, solventes decem solidos DENARIORVM GO-
THACENSIVM, S. Crucis monasterio dicavit. (o) Et cum eodem
anno *Senatus Gothanus* domum *Reinhardsbornensis* Monasterii, *Bus-
sonis* curiam dictam, ac in Gotha sitam, ab omnibus oneribus pro-
nunciasset liberam, id sibi reservavit urbis *Senatus*, ut singulis annis
undecim cum dimidio acciperet *solidos DENARIORVM GOTHEN-
SIVM*, (oo) quos tamen & eidem monasterio anno MCCCXLV. rursus
remisit; (oa) Sequenti vero anno MCCCXXXVI. *Ludovicus de Koben-
stedt* redemptioni quatuor mansorum ad villam *Dietendorff*, pro qua-
draginta & quinque marcis puri argenti, Monasterio Georgenthalico
à Patre, *Vrico*, venditorum, renunciavit. (ooo) Anno MCCCXLI.
Dietericus Gutensheuser cum fratribus *Heinrico*, Abbati *Fuldensi*, tres refi-

(i) Sagittar. H. G. p. 126. 127. ubi tres mansi in Confirmatione Friderici, filii, Germanice red-
duntur: Die Hufen.

(k) Ibid. p. 128. (l) Ibid. p. 128. (m) Ibid. p. 130.

(n) Sag. H. G. p. 130. (o) Tenz. Suppl. II. Goth. p. 102. 103.

(oo) Sagitt. Hist. Goth. p. 401. 402. 403.

(oa) Sagittarii H. G. p. 405. ubi & semifertonis, (ein halben Bierdung) & *semuncia* (ein Lot) fit mentio.

(ooo) Sag. Hist. Goth. p. 103.

resignarunt manfos villæ Gunthersleben, *libram denariorum* annis
pendentes singulis, monasterioq; S. Crucis traditos. (p) Altero ab-
hinc anno MCCCXLIII. *Jutta*, Abbatiffa S. Crucis, ex beneficentia *Theo-*
dori Guthenshuser, inter alia *unum talentum DENARIORVM GO-*
THENSIVM de tribus mansis & tribus curiis in villa *Gunthersleben*,
pro necessitatibus monialium, accepit. (q) Anno MCCCXLIV. *Hein-*
ricus, Abbas Reinhardsbornensis, cum Provifore ædis S. Margare-
thæ, censuum quorundam commutatione facta, profitetur, se *decem*
8. solidos DENARIORVM GOTHENSIVM habere solvendo. (r)
Vi diplomatis, anno itidem MCCCXLIV. à *Johanne*, Abbate *Hirsfelden-*
si, dati, Decanus & Capitulum in æde cathedrali S. Mariæ *duas libras*
denariorum perpetui census ad luminaria in S. Petri *Roma Basilica*
solvere necesse habebant. (s) Sequenti an. MCCCXLV. ex molendino
Hospitali, (der Bettelschellen) docente hoc Senatus notitia, molitori
inter alia pro censu quot annis danda fuit *libra argenti*. (eyn Phunt
Geilbes.) (t) Anno MCCCXLVIII. *Elisabetha*, Landgravina Thuringi-
æ, Canonorum in monte reditus auctiores ut redderet, iis jus
Patronatus Altaris S. Martini, & cum hoc inter alia *tres fertones ar-*
genti puri, duodecim solidos DENARIORVM GOTHENSIVM, alios-
que *duodecim solidos talium denariorum*, ac rursus *decem solidos DE-*
NARIORVM GOTHENSIVM census annui tradidit. (u) Anno
MCCCXLIX. *Cunemundus de Malsleben* inter Monasterium S. Crucis
& Kuzlebios Nobiles, ob tria mansa in *Gunthersleben* dissidentes,
talem conciliationem instituit, ut moniales Kuzlebiis *quinquaginta*
marcas ARGENTI MIXTI (Funffzig Marg lötiges Silbers) &
semimarcam honorarii ergo, (eyne halbe Marg Silbers eyn Franckgeil-
de) solvere tenerentur. (x) Sequenti anno MCCCL. *Gerhardus de*
Naza eidem Monasterio casam in villa *Goldbach* pro *tribus marcis*
argenti mixti (y) (üme dri Marg lötiges Silbers) vendidit; eo-
dem-

G 3

(p) Sagitt. H. G. p. 131. (q) Ibid. p. 133. (r) Ibid. 221;
(s) Sag. H. G. p. 44. (t) Ibid. p. 646.
(u) Suppl. II. Goth. p. 127.
(x) Sag. H. G. p. 135, 136. (y) Sag. I, c. p. 136.

demque anno *Dccanus Fuldensis* Alheidi de Arnstadt, moniali ad S. Crucem, *libram DENARIORVM GOTHENSIVM* annui ac perpetui census, (ein Phunt Geldes/ Gothasscher Wer/ jerliches czin- ses, ewiger Gülde) pro *decem libris talium denariorum*, (umme seyen Phunt Gothasscher Phennige in proprios addixit usus, ex bonis quibusdam Bruheimensibus & Sonnebornensibus quot annis eidem solvendam; & cum ex variis assignatis mansis *quatuor & dimidius solidus denariorum*, rursusq; *quatuor & dimidius*, iterumq; *septem solidi*, & *quatuor denarii*, *quatuorque denique solidi*, deficientibus *quatuor denariis*, annuatim ad constituendam numerandamque hanc *libram* ipsi pendendi essent, ex eo palam fit, tunc *LIBRAM* adhuc ex *VI- GINTI SOLIDIS*, quod supra (yy) inuimus pariter de *marca*, (yyy) constituisse. (z) An. MCCCLIV. *Dietericus & Eberhartus*, fratres de *Malsleben*, *Elisabethæ Wangenheimæ*, Moniali S. Crucis, & huic Monasterio *quatuor solidos denariorum Erffurtensum* (vire *Schillinge Erffortischer Pfennige*) an. census pro *marca argenti mixti* vendide- runt. (a) Sequentique MCCCLV. anno *Hartungus*, Eques ac Dominus in *Erfa*, eidem S. Crucis Monasterio Gothano inter alia *duodecim soli- dos denariorum* (zwelff *Schilling Pfennige*) ex domo quadam in *Goldbach* annui perpetuique census legavit. Anno MCCCLVI. *Al- heidis de Königsehe* bona sua à Capitulo Gothano in feudum acci- piens, eidem in censum perpetuum *semifertonem argenti mixti*, (einen halben lötigen Firding) five quod tunc (monente id diploma- te) idem erat, *septem solidos DENARIORVM GOTHENSIVM* promi- sit; (b) eodemque anno Abbatissa S. Crucis parochiam S. Mariæ, fu-

(yy) Supra pag. 5, in Nota (gg).

(yyy) Id etiam confirmant leges antiquæ urbis Argentinx, articulo XX. ubi inter alia: *Unt sol aber die Münse sin in der Schvert das zwenzig Schillinge tunt ein March / unt spricht man den Phennigen pfundig Pfennige.* Vide *D. Joh. Schiltneri Jacobi* de *Königsho- ven* *Chronicon Alsatix* p. 707. Und in *Legibus Salicis*: *Omnia debita Regis debent solvi soli- dis duodecim denariorum.*

(z) Tenz. Suppl. II. Goth. p. 134. (z) Sag. Hist. G. p. 136.

(b) Tenz. Suppl. II, Goth. p. 146. ubi ita: *Einen halben lötigen Firding, oder sibem Schil- ling Gotscher Pfennige. Ferto ergo tunc ex 14. solidis jam constitit, & marca ex 56. solidis,*

super alia, & quatuordecim libras DENARIORVM GOTHENSIVM annuatim pendentem, commutavit cum Capitulo Cathedrali propa- rochiis in Molsleibin & in Baldestete, sex juxta alia & marcas argenti puri solventibus. (c) Sequenti anno MCCCLVII. Henricus Goldichen de Goldbach, Eqves, Margaretha, S. Crucis Abbatissæ, unam marcã argenti mixti census annui & perpetui, pro decem marcis hujusdem argenti (eyne Marg lötiges Silbers ume hen Marg lötiges Silbers) vendidit. (d) Anno MCCCLX. Fridericus de Lichtenberg Capitulo Cathedrali in monte Gothano coram judicio Waltersshufano lignetum in Bogsberga ad pagum Linam, pro quadraginta & quatuor marcis argenti mixti Gothaica conventionis, aut valoris, (vor vierzig Marg lötigis Silbers Gotischer Were) venditum addixit. (e) Anno sequenti MCCCLXI. lis inter Abbatissam S. Crucis & Marschalcos, Nobiles, ita fuit composita, ut Monasterium Marschalcis septem marcas argenti examinati solveret. (f) An. MCCCLXII. Iektershusanum Cœnobium ab Henrico de Sibeleben tria pondo argenti redituum accepit in Retbich, consentiente Friderico, Landgravio; (g) sequentique anno MCCCLXIII. Elisabetha Goldneria, Begina, inter alia & censum dimidiæ marcæ puri argenti in usus legavit facros. (h) Anno MCCCLXVI. Henricus, Eques de Stutirnheim, erga Monasterium S. Crucis Gothanum eximie liberalis, ipsi annum censum inter alia trium & dimidi (si quatuor excipias denarios) talentorum, sexq; solidorum denariorum GOTHENSIVM (virdehalb Phund unde ane vier Phennyge/ ses Schillinge, Gotaßcer Phennige) pro viginti marcis argenti mixti (umme tzwenzig Marg lötiges Silbers) adscripsit, omnibus bonis suis in pago Schwabehufio pro eodem in hy-

(c) Tentz. Suppl. II. Goth. p. 148.

(d) Sagittar. Hist. Goth. p. 13.

(e) Tentz. Suppl. II. G. p. 165. Si vero Tilemannum Frisium audire velimus, hoc 1360. anno marca 13. semuncias argenti fini continuit, ita enim p. 153. Weilen an vielen Orthen nicht auf ein. sondern ungleich Korn gemünzet werden, dadurch hat die Mark an Gewehr und in dem lötigen Witten abgenommen, also das ums Jahr Christi 1360. die lötige Mark auf 13. Loth, und also auf 6. und einen halben Goldgülden gekommen.

(f) Sagitt. H. G. p. 1, 9. (g) Ibid. p. 408. (h) Ibid. p. 409.

hypothecam datis. (i) Eodem adhuc anno *Theodericus de Naza*,
 Canonicus Ecclesiae S. Mariae Erfurtenfis, Capitulo S. Mariae Go-
 thano reditus *quindecim solidorum denariorum* annuos in villa Golt-
 pach pro *duodecim libris denariorum GOTHENSIVM*; (k) sequenti-
 que anno MCCCLXVII. idem *Theodericus* Capitulo laudato *viginti*
septem solidos denariorum census possidendos, singulisque an-
 nis percipiendos tradidit. (l) Eodem anno *Guntherus de Hesserode*
 Monasterio Georgenthalico pure propter Deum pratum donavit in
 campis oppidi Ordorff, sex agris constans, solvensque quotan-
 nis *unam marcam argenti puri*. (m) Rursus & eodem anno *Frideri-*
cus, Balthasar & Wilhelmus, fratres Landgravii, Henrico Voigtio
 certam pecuniam de tributo cerevisiario, quod singulis annis erat
sex librarum denariorum, (sechs Pfund Pfennige) deputarunt. (n) An-
 no MCCCLXXII. cum *Balthasar, Fridericus & Wilhelmus*, Marchiones
 Misnenses & Landgravii Thuringiae, à civibus quibusdam Erfur-
 tensibus summam *triginta marcarum argenti mixti PONDERIS*
ERFFVRTENSIS (dreißig Marg Seildes lötligs Silbers Erfors-
 tiz Gewichtes/Wisse und Were) mutuo acciperent pro *octingen-*
tis talentis bonorum & usualium DENARIORVM ERFFVRTENSI-
VM (umme achte hundert Pfund guter und genger Erforter Pfen-
 nige) redimendam, Senatus Gothanus fidejussorem egit. (o) Anno
 MCCCLXXVII. *Heinricus de Hetstet*, Castrensis Gothanus, domum ven-
 dens in Gotha (den Siedelhoff dictam) *Conrado*, Procuratori Mona-
 sterii S. Salvatoris Erfurtti, & *Friderico* Plebano in Gotha pro *quin-*
quaginta sex talentis denariorum GOTHENSIVM (vor ses und funfzig
 Phunt Gotscher Phennige) ipsam iisdem, peculiari notitia idpro-
 pter conscripta, tradidit. (p) Anno MCCCLXXIX. consentiente Ab-
 bate Hirsfeldensi, *Bertholdo, Hermannus de Sebeleibin* Decano & Ca-
 pitulo S. Mariae in Gotha *tria talenta & quindecim solidos denariorum*
 (dri Phunt unde 15. Schilling Phennige) census annui, ex bonis in pa-
 go

(i) Tentzelii Suppl. II. G. p. 171. (k) Ibid. p. 172. (l) Ibid. p. 172.
 (m) Sag. H. G. p. 47. (n) Ibid. p. 411. (o) Ibid. p. 413.
 (p) Tentz. Suppl. II; Gorh. p. 194.

pro Sibeleben singulis annis accipiendi, vendidit, sed ea lege, ut hunc censum pro *triginta septem & dimidio talentis denariorum* (umbe achtzehlbis unde drissig Phunt Phennige) possit redimere. (q) Sequenti MCCCLXXX. anno *Hartungus Jans*, civis Gothanus, *Johanni*, Abbati, & Monasterio Georgenthalico domum & curiam in Gotha fitas vendidit pro *decem & dimidia marcis argenti, valoris Gothaici*; (r) [umme eylfstehalbe Marg Silbers *Gothasscher Were*] eodemque anno *Senatus Gothanus* Nicolao Helffero & fociis, ex decreto Landgravii, *vinginti sexagenas grossorum* annuatim, de censu Balthasari, Landgravio Thuringiæ, in curia solvendo, pro *ducentis sexagenis grossorum Fribergensium* summa, promittunt, ea tamen conditione, ut Landgravius, aut Senatus, sortem possent redimere. (s) Anno MCCCLXXXII. *Hartmannus de Sybeleiben* Capitulo & Canonicis Gothanis in bonis suis Sibelebenfibus reditus annuos *trium talentorum valoris Gothaici*, (dry Phunt Phennig *Seldis Gotscher Were*) pro *triginta talentis denariorum Gothensium* (vor dryssig Phund guter Gotscher Phenge) adscriptit. (t) Eodem anno *Wenceslaus & Ludovicus*, Nobiles de Stein, pro equo *Gunthero Freytagio*, Senatori Gothano, persolverunt *quinquaginta Rhenanos*. (funffzig gute Gûlden.) (tt) Anno MCCCLXXXIV. *Petrus Brengebier*, Cantor Ecclesiæ S. Mariæ, Capitulo

H

Go-

(q) Tenz. S. II. H. G. p. 199.

(r) *ibid.* p. 43. 44. Monente vero & attestante *Tilemanno Frisio* Spec. Mon. p. 147. hoc anno *marca 12. semuncias & tres drachmas continebat*, ita enim ibi p. 147: Umb 1380. Jahr trägt die *Mark Witte 12. Loth 3. Quentlein/ ist 6. Goldgûlden und 10. Fürstengr. und kan dargethan werden*, daß das *Witte in vierzeh Jahren drey Quentlein abgenoms men*, von dem 1382. bis auf das 1397. Jahr.

(s) Tenz. Suppl. II. p. 414. & p. 200. Idem prorsus nobis quoque tradit *Tilem. Frisius* p. 147: Demnach haben die *Weisnische Herren auch Groschin* (den Böhmischen gleich) geschlagen, von dem gemeinen Mann *Weisnische* (adde & Fribergensles; à loco percussionis) genannt, so doch etwa auf 9. Loth ins *Witte gehalten*, solche Groschen seyn um das Jahr 1380. in dis *Land gebracht* und die *Silber Pfennige* wieder hinaussen.

(t) Tenz. Suppl. II. Goth. p. 207. Et nostra moneta forte non multum abiit à Gottingensi, quæ an. 1381. teste *Frisio*, æstimata fuit continere 12. semuncias & tres drachmas, qui ita p. 153: A. 1381. ist die löttige *Mark Göttingisch* auf 12. Loth 3. Quentlein taxiret, wolte machen 6. Goldgûlden anderthalb Drt Goldes. (tt) *ibid.* p. 207.

Gothano *dimidiam marcā argenti mixti annui census* (eyne halbe Marg lötiges Silbers jerliches Zeinses) vendidit pro *quinque marcis argenti.* (ta) Anno MCCCLXXXV. in Urbani Pontificis diplomate mentio fit *viginti quatuor florenorum & septuaginta marcarum argenti;* (tb) eodemque anno *Balthasar*, Landgravius, pro mutuo acceptis à Capitulo *triginta marcis argenti mixti* (vor dryßig Marg lötiges Silbers) ipsi censum annum *trium marcarum argenti mixti* (dry Marg Geldis lötiges Silbers) assignavit ex reditibus *Isenacensibus*, fidejubente istius loci Senatu. (tc) Anno MCCCLXXXVI. *Ludovicus & Fridericus de Varnrode* Capitulo Gothano census quosdam annuos in pago *Gundersleiben*, & inter alia *decem solidos denariorum* (zehn Schillinge Phennig Geldis) coram Judicio tradiderunt, (u) pro *viginti quatuor sexagenis novorum grossorum Misnensium*, (umbe vier unde zewenzig Schog nuwer Missener Grosschen.) Eodem anno *Balthasar*, Landgravius Thuringiæ, Apollonio *Sne* telonium, *tributum monetarium.* (uu) & *Sculteti officium*, (den Zoll-Schlegel-Schatz und Schuldheissen-Amt) hisce sub conditionibus credidit, ut *centum ac decem pondo nummorum* (hundert und czehin Phund Phennige) numeraret, (x) & de pecuniæ summa, sibi mutuo data, singulis annis istam detraheret. Ao. MCCCLXXXIX. *Capitulum Gothanum*, ac *Abbas Fridericus*, *Monasteriumque Reinhardsbornense*, domos in Gotha inter se commutarunt, solventes annis singulis *quinque solidos denariorum Gothensum.* (y) Anno MCCXCII. jussu *Balthasaris*, Landgravii, à Senatu Gothano *Johannis* de Torga, Præfecti sui aulici, filio,

(ta) Tentz, Sup. II. G. p. 208. (tb) Ibid. p. 217. 218. (tc) Ibid. p. 223.

(u) Tentz. Suppl. II. G. p. 228. 229.

(uu) Hujus tributii monetarii quoque mentio fit in Konigshovii Chronico Alsatia p. 709: *Swelh Munser wonet usser der Stat/der solgebē der Munsen Recht, dem man sprichtet Slegeschatz*, quod latine p. 723. redditur: Quicumque monetarius extra civitatem habitans in civitate argentum emerit, justiciam monetæ, id est, *Slegeschaz*, persolvat.

(x) Sag. H. G. p. 414. 415. Tentz. Suppl. II. Goth. p. 226.

(y) Sag. H. G. p. 416. Tentz. S. II. G. p. 232, 233.

lio quot annis *decem sexagenæ Fribergensium grossorum* (zehin Schock Groschin Friberger Münze) solvendæ erant. (z) An. MCCCXCV. *marca argenti mixti* annui census à Thoma de Herbigstein *decem marcis argenti mixti* (zehen Marg lötiges Silbers) redempta fuit. (a) Sequenti MCCCXCVI. anno *Balthasar*, Landgravius, singulari decreto censum annum *septem marcarum mixti argenti Erfortensis monete* (siebin lotige Marg Silbers Erfortisches Tzeichins/Wiß/Gezichtis und Were) cum *sex sexagenis grossorum Fribergensium* (sechs Schock guter Groschin Friberger Münze) *Henrico ab Erffa*, *Frederico* & *Ludovico*, *Wangenheimis*, de annuis redditibus Senatui Gothano solvendum præcepit, redimendum pro *septuaginta marcis argenti*, & *sexaginta sexagenis grossorum*. (b) Anno MCCCXCVII. idem supra laudatus *Balthasar*, Landgravius, *S. Crucis Monasterio* inter alia *sexagenam grossorum Fribergensium* (eyn Schock Groschin Friberger Münze) pro celebrando anniversario è sylva Tatenbergensi assignavit; (c) eodemque anno *Gertrudis Leutenbergia*, Abbatissa *S. Crucis*, Telæ *Comeriæ sex metretas* (Malder) census frumentarii pro *centum pondo bonorum nummorum provincialium* (umb hundert Phund guter Land-Phennige) vendidit. (d) Anno

H 2

MCCCXCVIII.

(z) Tentz. Suppl. II. Goth. p. 236. Heic prætermittere non possumus, quæ notavit *Frisius* ad annum 1390. p. 163: Anno 1390. seyn von Marggrafen zu Meissen Groschen auf 12. Meissnische Pfennige geschlagen. Et p. 164: In dem 1390. Jahre hat Marggraff Wilhelm, von Meissen/ Cocles genant, beneben seines Vatern Bruder, (rectius fratrem dixisset) Landgraff Balthasar in Thüringen, Groschen geschlagen, die Jüden/Röpffe genant, 90. auf die Marck, und 9. Lot ins fein/ deren 20. einen Rheinischen Gulden goltten, die seine Marck auf 8. Goldgulden ausgebracht. Sed multo deteriores mox factos esse hos (anno 1392.) grossos *Fribergenses*, ex eo colligendum est, quod & *Bohemicos*, quorum exemplum videmus plerumque esse secutos *Misnenses*, hoc anno descivisse à sua bonitate, legamus: ita enim *Frisius* p. 162: Die Böhmischen Groschen sind um das Jahr 1392. der massen vergeringert worden/ das da zuvor 16. Gr. einen Göttingischen Vierding goltten, desmahls 22. einen Vierding goltten, und also in kurzen Jahren 6. Groschen geringer worden.

(a) Tentz. Suppl. II. Goth. p. 238.

(b) Tentzelii Suppl. II. Goth. p. 239. 240. Sag. Hist. G. p. 417.

(c) Tentz. Sup. II. Goth. p. 241. 242.

(d) Sagitt. H. G. p. 145: Hoc anno vero *marcam Göttingensem argenti mixti* continuisse *duodecim* fi-

MCCCXCVIII. Ilmenaviense Parthenon Canonicis S. Mariæ in Gotha vineam, in monte Sebergensi sitam, solventem tres solidos denariorum, (zu drey Schillingen Phennigen) annui census pro viginti sexagenis grossorum (umbe zwenzig Schog guder Missener Groschen) in usus ipsorum assignavit. (e) Eodem anno Anna Sirentzen à Conventu Augustinianorum unam libram denariorum annui census pro decem libris denariorum bonorum usualium, seu MONETÆ TERRÆ coëmit. (f) Anno denique MCCCXCIX. Capitulum Gothanum ab Henrico Kolero inter alia censum duorum talentorum denariorum annui census (zwey Phunt Phennyge jerlicher Gülde) de dimidio manso, molendino & curia solvendis, pro viginti talentis denariorum (umbe zwenzig Phunt Phennyge) coëmit; ex cujus Coleri notitia super hunc contractum data, & hoc dispalescit, novem solidos & sex denarios confecisse tunc duo talenta denariorum. (g)

§. LIV. Ex ante dictis Sole nunc meridiano elucet clarius, longe aliam hoc seculo decimo quarto comparere rei monetaria faciem, ac in præcedentibus contemplati fuimus seculis. Videmus ante omnia rerum pretia, moneta in pejus ruente, jam sensim & pedetentim aucta, & viginti, viginti tribus, imo viginti sex marcis mansum fuisse nunc venditum, superiori Seculo octo adhuc vel decem venali. Marcas, libras, talenta, solidos, fertones, denarios (h) per totum propemodum Seculum continuare videmus, sed ab anno MCCCXLVIII. minimum non ex puro amplius semper argento, sed

semuncias clare testatur Frisius p. 153: Anno 1397. ist die Göttingische löstige Marek auf 12. Lot, ist 6. Goldgülden, und die Marek Wehrunge auf 8. Lot, ist 4. Goldgülden/ gekommen, darum daß die Münze in dieser Zeit so geschwinde abgenommen.

(e) Tentz. Suppl. II. Goth. p. 242.

(f) Ibid. p. 243. 244.

(g) Tentzelii Suppl. II. G. p. 244. 245.

(h) Tilem. Frisius p. 122: Aus obbemeldten Puncten ist zu vernehmen, daß der gemeine Mann in diesem (14.) Seculo vorerst (imo rectius per totum omnino, uti audivimus) mit den striben/Pfennigen / nach Schillingen und Lothen / Vierdingen und Marcken / auch Pfunden zu 20. Schilling/Pfennigen gehandelt, darnach, als die Groschen in den Landen geringe worden, mit Schock/Groschen,

fed *ere jam mixto*; quanquam, quod maxime attendimus, ad *summas argenti puri* & *examinati ab initio in medium usque Seculi* semper; ab illo vero tempore saltem quandoque, & usque in annum MCCCXLVII. (quod ab aliis observatum non legimus) simul contraxerint, ita tamen, ut rationem *valoris argenti puri* in contrahendo & in constituendo cujusque rei *quanto cum maxime habuerint. Marcæ præterea usuram annuam decem* legimus fuisse (uti præcedenti quoque Seculo) *solidos; decem vero marcarum puri argenti, unam* marcam; ultra medium usque Seculi; *mixti vero argenti iterum decem marcarum, unam* quoque, hujus ad Seculi usque finem; *quinque præterea marcarum, semimarcam; decem* denique talentorum, *unum* talentum, & sic porro.

§. LIV. Non prætermittere porro & hoc possumus, anno MCCCXXXV. *primam nobis obviare mentionem DENARIORVM GOTHACENSIVM*, vel, uti in sequentis temporis diplomatibus legimus, *GOTHENSIVM*; unde vero hoc tam sero factum sit, vix hâriolari possumus. Præsto equidem sunt priori ævo *MONETA VSVALIS, PECVNIA VSUALIS, ARGENTVM VSVALE, FERTONES (i) VSVALES*, quæso, quid aliud designare valent, quam *PECVNIAM VSV RECEPTAM, CVRRENTEM*que *HEIC LOCI? (gangbare Landes-Münze.)* Meo, si quod est, iudicio factum hoc exinde est, quod hoc anno demum inceperint nummos cudere, *nomine GOTHAE totidem literis in iis expresso*, quod antea forte vel per literas initiales: *M.N. M.N.* hoc est, repetita vice: *MONETA NOVA, (ii)* (uti supra vidimus, *nummum-*
H 3
que

(i) Quæ vox alias scribitur *fertum, ferdonum, fierto, firto, fertbing*, nihil aliud tamen, quam *quartam partem marcæ* significans, (juxta *Guntherum* in *Historia Constantinop.* c. 8: *Regio fisco persoldebatur nummum aureum, qui Perpera vocari solet, ferdoni*, id est, *quarta parti marcæ æquivalens*) sic volente etiam *Lamberto Ardensi* in *Historia Episcoporum Bremensium* in *Hildeboldo*: *Annua pensione pro uno fertone, vel pro quinque solidis ab ipsis hereditario jure tenere debebat. Infra: Singulis annis unum fertonem, vel 5. solidos, reddit Canonibus.*

(ii) Ut de explicatione non dubitare habeamus, supra jam in testimonium citavi *Henrici illustris nummum, galæam antiquæ formæ exhibentem, circumscriptumque: M.N. M.N. Dedi-*
mus

que hujus rei testem omni exceptione majorem Gotharum majoris moduli Tab. II. N. r. exhibuimus,) factum fuit; vel plane nullis literis iisdem impressis, quales nonnulli in *Henrici illustris* nummis occurrunt, *galed* saltem iisdem impressa; vel, quod vero accedit simillimum, *literis initialibq* saltem *Marchionum & Landgravorum Thuringie* titulorum in iis obfignatis, v.g: H. D. G. M. 7. O. M. Vel: H. D. G. M. O. M. h.e: *Henricus, Dei Gratia, Misnensis (Et) Orientalis Marchio* (k) aut: A. D. G. M. 7. O. M. item: A. F. D. G. M. M. h. e: *Albertus Dei Gratia Misnensis & Orientalis Marchio*; aut: *Albertus, Fridericus, Dei Gratia, Marchiones Misnenses*; quos ipsos illorum nummos *depictos* lignoque incisos jam in proscenium produximus in *Dissertatione de Cella veteri*, p. 33. & 65. Si ergo *NVMMORVM GOTHENSIVM*, hoc est, nummorum vocem *GOTHA*, aut *GOTHE*, intuentium oculis offerentium, anno demum *MCCCXXXV*. prima in *Diplomatibus*, uti audivimus, occurrit mentio, fallit & fallitur *MERLENIVS*, qui hoc, uti supra §. XLVII. observavimus, ab anno jam *MCCCXXXIII*. ad annum usque *MCCCXXXV*. factum fuisse, totidem verbis, referente *Paullino*, asseverat. Longe vero diutius & multum ultra terminum, à *Merlenio* positum, *Marchiones* nostros continuasse in conflandis *hujus formæ nummis*, verba sequentium annorum *Diplomatium* satis superque declarare possunt, quæ ad annos 1343. 1344. 1348. 1350. 1356. 1366. 1377. 1389. supra adduximus. Ex quo tamen tempore nomen eisdem etiam *NVMMORVM BONORVM*

PRO-

mus & alio tempore *Schwartzburgicum* majoris moduli, qualis noster est, cum literis: NV. NV. literis his per *NVMMVS* repetita vice pro ruditate seculi interpretandis. *Salfeldenses* majoris moduli bracteatos, eodemque ævo conflatos, vel juxta *Insignia literas*: NVM NVM. vel: NNV NNV. per *Nobis NVmmus* explicandas, alibi ostendi.

- (k) Non conciliare possum ea, quæ Excellentiss. *Ludovicus de Nummis* hinc, *horumque initialibus* in *Introductione sua in rem nummariam Germanorum* p. 160. & p. 184. tradit. Si incerta explicatio *harundem literarum*, cur iisdem ad *demonstrandos* horundem *Marchionum titulos* nititur? Et quid *dubii* modo in illis sit, plane non capio. Impressus iis est *Leo Misnicus*, consueta ipsorum *Insignia*, inscriptus ordinarius ipsorum *titulus*. *Litera* extantes, & cum iis in *Sigillis* prorsus *convenientes*. Agat, & periculum faciat alii aptando hunc cothurnum, tunc aliter forte sentiet.

PROVINCIALIVM, & MONETÆ TERRÆ (l) tulisse, supra simul didicimus. Singulariter observamus, anno MCCCXLIX. & uti facilis est conclusio, mox post FRIDERICI GRAVIS mortem, *prima vice*, nos deprehendere in diplomatibus ARGENTVM MIXTVM, (m) (löthiges Silber) antea semper *puro & examinato* in diplomatibus adhuc obviante. Ut adeo nunc sciamus, sub FRIDERICI STRENGI regiminis initium monetandi rationem hisce in terris *multum mutatam*, ut tamen computandi reditus usurae solvendi modus non in totum ab illo statim tempore cessaverit. Sic *libra denariorum Gothensium* census annui ad annum usque MCCCXXXII. uti supra jam dictum fuit, redimenda fuit *decem libris talium denariorum*; & quod probe notandum, *viginti solidi denariorum* tunc adhuc constituerunt *libram* (ein Pfund) seu, quod tunc idem erat, *talentum*; totque *marcam* continuisse, supra retulimus. (n) *Septem* præterea *solidi denariorum*, quod etiam heic non prætermittent.

(l) Recte *nummi provinciales & moneta terra* dicuntur, quia illi, perinde ac præcedentes, in hoc territorio tantum valuerunt, & tunc ubique locorum *officina monetaria* peculiare existerunt. Hinc recte Tilem. Frisus p. 41: *Const vor drey vier hundert Jahren seyn schier an allen Orten, das eine sondere Obrigkeit gewest/ breite, hohle Pfenninge geschlagen, die nicht weiter, als das Gebiete gegolten, von vielen Fürsten, Grafen, Stifften, Albstern, Städten, die nicht zu erzehlen stehen.*

(m) Tilemannus Frisus p. 117: *Es haben aber die Mark Silbers nach der Zeit an den Witten oder Korn abgenommen, das es Silber von 15. Lothen geworden, wie es im folgenden (14.) Seculo zu löthigen Marken/ das ist, zu Sunstzechen halb Lothen/ an dritthalb Loth geringer als sein Silber.*

(n) Vide supra p. 5. Notam (gg). Ubi hoc saltem adnoto, eximie confundi *solidos argenteos* cum *solidis aureis*. Aurei constabant ex *quadraginta denariis argenteis*, argentei vero ex *duodecim denariis*, Ita enim passim in *Legge Salica* & in *Hincmari vita Remigii*: *In testamento à B. Remigio condito Lector attendat, quia solidorum quantitas numero 40. denariorum computatur, sicut tunc solidi habebantur & in Francorum Legge Salica continetur: & generaliter in solutione usque ad tempora Karoli perduravit, sicut in ejus capitulis continetur.* De argenteis, uti aliquoties monuimus, vicissim hoc constat, præsertim ex *Capitulo Caroli an. DCCXCVII*: *In argento 12. denarii solidum faciunt: & in aliis speciebus ad istud pretium omnes estimationes compositionis sunt.* Et ex *Marca Lib. III. Hist. Beneharn. c. 11*: *Trecentos solidos argenti duodenarium sunt.* Et sicuti *Libra auri puri* æstimata fuit *duodecim libris denariorum argenteorum*, juxta

tendum, anno MCCCLVI. dabant *semifertonem*, adeoque *quatuordecim unum fertonem* integrum; *viginti octo*, duos; *sexque & quinquaginta solidi denariorum quatuor fertones*, five, quod idem est, *marcam integram*, quæ, uti sæpius jam diximus, ex *quatuor* constitit *fertoniibus*. *Tilemannus* proinde *Frisius*, quando in *Speculo suo monetario* ad *Seculum decimum quartum* p. 122. scribit: *Die grosse Handlungen seyn zufförderst mit Marck Silbers geschehen*, diweil aber das Silber nicht mehr so reine gebrennet/ sondern auf vierzehnen/ funffzehnen Loten/ durch eingerissenen Mißbrauch um des bösen geizigen Gesuchs und Vortheils halben/ gerichtet, daß endlich um das 13 10. Jahr löttige Marcke insgemein und insonderheit aufgekommen. Insgemein ist die löttige Marck zu funffzehenthalf Loten Silber und anderthalb Lot Kupffer; welches auch *Lant-Silber* an etlichen Drthen genannt worden; omnia ipsius non probamus. Uti vero lubentes hoc ipsi concedimus, *contractus majores per marcas* hoc Seculo fuisset factos, sequentibusque temporibus primum *marcam argenti mixti quindecim*, dehinc *quatuordecim & dimidiam*, & porro *quatuordecim semuncias argenti puri*, consvetissimaque tunc ratione, *quatuordecim & dimidiam* se-

(Juxta edictum Pistenfe cap. 24: *Ut in omni regno nostro non amplius vendatur libra auri purissime colti, nisi 12. libris argenti de nobis & meris denariis*) ita *libra* quoque, uti supra scimus docuimus, primitus etiam 20. *solidos* continuit. *Vetus Agrimensor* de ponderibus: *Juxta Gallos vigesima pars uncia denarius est, & 12. denarii solidum reddunt*: ideoque juxta numerum *denariorum tres uncia 5. solidos* complent: Sic & 5. *solidi in tres uncias* redeunt: *nam 12. uncia libram, 20. solidos continentem, efficiunt. Sed veteres solidum, qui nunc aureus dicitur, nuncupabant.* Et *Annales Fuldenses* ad annum 882: *Quam libram per 20. solidos computamus expletam.* Hinc & *libra prima* vocabatur, teste *vetere Placito* apud *Catellum* in *Historia Occitan.* L.V: *Sed ad quoddam speciale pondus, quod est 20. solidorum, quas libras primas vocant.* Confer *du Fresne Gloss.* med. xvi. Inde quoque derivandum est, quando apud *Andream Mollerum* in *Chronico Fribergensi* p. 145. legimus, 20. *grossos* olim confecisse *talentum*, & ex *marca* 60. *grossos* fuisse *culos*, five *tria talenta Misnica*, ita ut *talentum & antiqua sexagena*, se. uti hæc illi successit, (20. scilicet *grossorum*) *unum idemque* fuerit; Item 100. *marcæ argenti* dederunt 300. *antiqua talenta Misnica*, five, quod idem est, 300. *antiqua sexagenas grossorum*, cujus summæ *usura annua* fuit 15. *talenta*, testibus literis a. MCCCLXXII. *Henrici illustris, Marchionis Misnicæ*, qui 33. *talenta Misnica*, five, ut recte interpretatur laudatus *Andreas Mollerus* in *Chronico Friberg.* p. 145. 166. (*talento* pro 20. antiquis *argenteis grossis* æstimato, (auf 20. alte schwere Silber, Gr.) ex *Officina monetaria* Fribergensi de forte 220. *marcarum argenti* *Hospitali civitatis* legavit.

semunciam argenti puri, unam vero & dimidiam semunciam æris contumuisse; hoc tamen ipsi, vi illorum, quæ supra ex diplomatibus attulimus, concedere non possumus, marcã argenti mixti jam anno MCCCX. & heic locorum fuisse in usu, & in conflandis nummis jam introductam. Certe vel ipse in determinando hoc tempore sibi satis constare non videtur Frisius, dum paullo infra p. 152. id ad annum MCCC. refert, scribens: Um das 1300. Jahr haben die Pfennige einen Zusatz von Kupffer genommen/ und von 16. Loten auf 15. und sunffzehen halb Lot gekommen, dadurch löttige Marck generaliter auf sunffzehen halb Loten bestanden geblieben, welche sieben Goldgulden und ein Ort Goldes gerechnet wird. Hoc certe ex diplomatibus supra evicimus, ante annum MCCCXLVIII. mentionem argenti mixti (der löttigen Marck) non occurrere, nec forte multo ante marcã hujus æris mixti fuisse in usu. Sive ergo hoc inde fuerit, quod in Thuringia, Misniaque, quæ tunc connexæ erant provinciæ, & Serenissimistribus fratribus, Friderico strenuo, Balthasari & Wilhelmo, Marchionibus Misnensibus, parebant, marca non æque tam cito ære corrupta & deterior facta fuerit, ob uberiores scilicet argentifodinarum Fribergensium proventus, perinde ac hoc ipsum de Embeccensi marca vel ipse refert Frisius; (o) Sive mixta quidem fuerit, sed non tam sensibilibiter, ut propterea mixti argenti nomen statim meruerit; hoc aliis & præprimis artis probatorie studiosis, qui ad obrussam veteres examinent grossos, ulterius excutiendum relinquo; minimum nomen mixtæ marca non prius, atque diximus, heic loci invaluisse, ex eo elucet clarissime. Invenio quidem, anno jam MCCCXXII. marcas quinquaginta ARGENTI VRIBERGENSIS redituum annalium per Fridericum, Marchionem Misnensem, in oppido Lypzk apud cives ibidem pro centum & quinquaginta marcis argenti Vrbergensis fuisse denuo redemptas & solutas; (p) Lego etiam, Guntherum, Comitum in Schwartzburg, Judicem Thuringiæ Generalem, diploma-

I te

(o) In Speculo moner. p. 154: In andern Orthen/ als zu Einbeck/ seyn die Marcke so geschwinde nicht gefallen ic.
 (p) Tenzelii Biblioth. T. I. p. 1157.

te afferentem, Gozzonem Schindekopffium debere *Friderico Wangenheimio quindecim marcas argenti*, ac *viginti quatuor rursus marcas*, nec non *quinquaginta marcas puri argenti.* (q) Sed quando priori in loco argentum nominatur cum addito *Vribergense*, colligi omnino ex eo posset, intelligi debere mixtum. Quando vero novimus, hujus civitatis officinam, ob copiam argenti, (præsertim tunc temporis) argenti excocti dedisse grossos; pro puritate argenti pronunciare mallems: præsertim cum in altero adducto loco verba ultima *puri argenti* marcæ cujus generis argenti istæ fuerint, veluti clare determinare potius videantur. Et causæ meæ patronum invenisse mihi videor in ipso *Andrea Mollero*, qui in Chronico Fribergensi p. 67. ad annum MCCCXC. ita: **Zuvorhin** (quanto magis quadraginta annis retro, circa annum scilicet MCCCL.) **sind meistens theils ganz silberne Groschen/** (quidni multo magis antea *denarii bracteati?*) **mit keinem/ oder doch gar wenig andern Metall vermischet, und zwar aus einer Marck Silbers sechzig Stück geschlagen worden, daß jedes Stück nach dem isigen Halt auf einen halben Ort des Thalers** (hodie vero quatuor grossos omnino illi excedunt) **und etwas drüber kommen.**

§. LVI. Sed ad reliqua nunc nobis pergendum est. Cum ergo, uti diximus, circa *Seculi hujus medium* argentum purum (id enim ad annum usq; MCCCXLVIII. in diplomatibus supra adductis adhuc offendimus) in *mixtum* fuerit mutatum, hinc opus quoque erat, ut ad denotandam admixti æris quantitatem, & ad distinguendos nummos ab aliarum civitatum nummis, *pecunie* nomine, v. g. *Gothenensis, Erfurtenensis, Gottingensis*, adderent mentionem, itemque argenti *puritatis, ponderis* ac *valoris* in contractibus suis; indeque est, quod anno statim MCCCL. prima vice occurrant in diplomatibus mihi hæctenus visis adjectæ voces *ponderis, valorisque Gothani, (der Gotischen Were)* inq; alii: *Erfurtisches Zeichens, Wiß, Gewichtes und Were.* Quid vero designare his additis fem-

(q) Tenzelii Bibl. T. I, p. 1075.

semper voluerint *vocibus*, infra ex *Tilemanno Frisio* monebimus. (r)
 Ad finem vero vergente hoc seculo aliter rem monetariam habuisse,
 attendimus pariter, & tunc pro forte *viginti marcarum argenti mixti*
 datam fuisse usuram *trium cum dimidia librarum & sex solidorum*;
 caput *duodecim librarum denariorum* tulisse *quindecim solidos dena-*
riorum; *octingentorum vero talentorum denariorum* anno *MCCCLXXIII.*
 lucratum esse *triginta marcas argenti mixti*; *triginta septem & dimidii ta-*
lentorum anno *MCCCLXXIX. trium talentorum & quindecim solidorum*
 dena-

I 2

dena-

(r) Nempe hoc erat ex diversa ratione marcarum argenti mixti, quod illa nempe in hac atque alia urbe, variis ex causis variaret, diversaque esset, & heic plus, illic minus in se contineret argenti puri. (Die Mark hatte an einem Ort mehr oder weniger an Korn/ Witte/ Salt/ sonst *Passament* und *Liga* benahmet.) Unde recte *Tilemannus Frisius* ad hoc seculum p. 122: In specie seyn die löttige Mark nach einer jeden Stadt und Orthes Gelegenheit gewesen: Ec Lib. IV. C. 8. p. 145: Als aber die Pfennige an dem Korn abgenommen, und zu 15. oder 15halb, 14, 13, 12. Lot ins Witte geworden, do hat man das Wort löttige Mark darzu gesetzt, und ist die löttige Mark zwiefach, Generalis, die insgemein nach Art des ganzen Landes; daher es bisweilen *Landes Silber* genannt / welches anderthalb Lot allezeit geringer, als sein Silber, wie im *Sachsen-Spiegel* L. II. c. 26. in Glossa zu sehn ist, wird taxiret auf 7. Goldgülden, 1. Ort Goldes. Special-löttige Mark seyn, so nach eines jeden Orthes, Stadt oder Pflege genannt worden. Dieselbe seyn sehr ungleich / an einem Orthe nicht / wie an dem andern / und auch nicht gleich in einer Stadt allezeit: denn nach Langheit der Zeit haben sich die löttige Mark verringert, daß sie immer geringer worden. Cum vero hisce in nummis exinde *impressa figura* (Zeichen) *argentum purum*, (Wisse) *pondus*, (Gewichte) & *valor* (Werte) valde quandoque different, hinc singulis contractuum summis, (uti supra audivimus) *his vocibus* semper additis subjectisque determinabant easdem clarius. Hoc innuere vult *Frisius* p. 145. scribens: Daß eine *Specification* darbey gemeinlich gesetzt wird / damit anzudeuten, was es vor Gewichte/ oder Mark seyn sollen; sintemal die Mark nicht gleich seyn, als die *Troische/ Wendische/ Nürnbergische/ Augspurgische/ Eölnische/ Mayländische* / da immer eine schwerer, als die andere. Excoctum proinde *argentum purumque*, quod continetur in *marca*, vocatur das *Witte* (das *Weisse/ album*.) *Frisi* p. 147: Wenn der Tax der löttigen Mark Wichte und Witte recht soll gemacht werden, so muß man ansehen und betrachten die Zeit der Verschreibung, was damals vor Korn und Witte in der Mark an dem *specificirten* Orthe gewesen sey? Sintemal das gewiß und wahr/ je älter Verschreibung, je besser das Witte und innerliche Korn / und auch so viel höher der Tax der Mark ist; je jünger und neulicher Verschreibung, je geringerer Tax seyn muß. Sed quid *valor*? Respondentem & heic audiemus *Frisium* p. 150. Die Wehrung ist zweyerley, generalis und specialis. Specialis, wenn die schlechts einerley Gestalt und Schlag ist. Generalis, wenn allerley Münze in effectu zusammen gerechnet, dafür ausgegeben wird / wie zu Goslar 16. Bauren-Groschen eine alte Mark Wehrung ist, zu Erfurt 2. Erfurtische Pfund machen eine Mark.

denariorum usuram. Hoc miramur, anno demum MCCCLXXX. *GROSSORVM*, annoque MCCCLXXXVI. *NOVORVM GROSSORVM MISNENSIVM* in *diplomatibus* hujus urbis, nobis haecenus obviis, injici mentionem, cum diu ante (r) tamen illos *Fribergæ* officinam exivisse monetariam, compertum nobis exploratumque sit; istud saltem adnotantes, quod primum illos ad *sexagenas* (s) (*Schocken*) computaverint, unamq; primitus *viginti* constituerint *grossi*; *centumque* præterea *sexagenarum* sors, *decem sexagenarum* usuram quot annis communiter dederit; *viginti*; & *quatuor sexagenarum* ao. MCCCLXXXVI. *decem solidorum denariorum*; *viginti sexagenarum* anno MCCCXVIII. *trium solidorum denariorum*; *decem deniq; sexagenarum, unius sexagenæ* usuram. An. MCCCXL. (quod supra omisimus) à *Friderico* gravi, *Marchione Misniæ*, prima fine dubio vice, (ss) & postea MCCCLXXXVI. à *Balthasare*, *Landgravio*, officinam monetariam privatis hominibus pro certo tributo monetario,

- (r) *Mollerus* siquidem in *Chronici Fribergensis Annal.* pag. 56. ad annum MCCCXV. prodit *se-munciam panis* hoc anno pro *grosso antiquo* fuisse, ob *caritatem annonæ*, venditam. Et sine dubio fuere illi, qui à pago (*Grossen Schirma*) ubi *primitus* existit *officina monetaria*, vocati fuere *Schirmer/Groschen*; referente hoc nobis eodem *Chron.Frib.* p. 146.
- (s) *Primitus viginti solidi* denariorum dabant *marcam*, hinc & *antiqua sexagena* constitit ex *viginti grossis antiquis*; iisdem dehinc ex *argento mixto Empurio* conflatis, *sexaginta illorum* demum reddebant *sexagenam*. Recte *Frisius* in *Spec. Monet.* p. 157: Ein alt Schock in Meissen und Thüringen ist isiger Zeit so viel als 20. Fürsten/Groschen; dann vor 130. Jahren (adeoque anno 1462; scribebat enim 1592.) seyn Groschen geschlagen/ wie unten von der Meissnischen Münz angezogen, deren 100. auf die Marck giengen/ und 3. Lot ins feim/ also daß sie köpffreich wären/ und allein drey der Zeit alte Pfennige hernach vier neue Pfennige goltten, mit einem Löwen und dreyen Balken/ als dem Landsbergischen Wapen/ deren drey goltten einen Wilhelmer Groschen/ und 20. Wilhelmer einen Goldgülden. Also, daß der Zeit ein Schock so gut, wie ein Goldgülden/ jezo aber auf 20. Fürsten/Groschen allein taxiret. Ein Schock Schwert/Groschen seyn 30. Fürsten/Groschen/ diweil ein Schwert/Groschen einen halben Fürsten/ Groschen gilt. Ein neu Schock aber macht 60. Fürsten/Groschen oder Schneeberger (numerus hic rursus retentus, licet meliores fuerint grossi) diweil dieselben nach dem 1471. Jahr, als der Schneeberg erst angienge/ geschlagen worden/ deren 21. einen Goldgülden machten/ da der Wilhelmer Groschen zuvor 20. auf einen Goldgülden giengen.

(ss) *Concessit nempe monetam suam in Gotha civibus ibidem, à festo Walpurgis proxime venturo*

ad

tario, aliorum Principum forte exemplo, fuisse elocatam, supra quoque ex diplomatibus perspeximus, eoque minus causæ habemus demirandi, si legimus, ex illo tempore *in pejus* sensim ac pedetentim *ruisse rem monetariam*; & cum antea, & *circa medium adhuc Seculi*, *viginti solidi denariorum confecerint libram*, seu *pondo*; circa finem jam & anno MCCCXCIX. *novendecim solidi denariorum* (sine dubio veterum) *quatuor libras* constituerint. (a) FLORENORVM RHENANORVM (b) denique *usum & heic loci* fero quoque invahuisse, observamus, dum anno MCCCLXXXI. demum eorum injecta supra fuit mentio. Hoc etiam sub finem addere placet, FRIDERICI ADMORSI temporibus, qui vitam cum morte anno MCCCXIV.

I 3

com-

ad tres annos immediatos tenendam & habendam, ita, quod singulis annis sexaginta talenta denariorum de eadem dare & solvere tenebantur: videlicet in quolibet sejunio quatuor temporum XV. talenta denariorum de presentissima pecunia dabunt & persolvent. Datum MCCCXL. feria quinta ante festum Walpurgis. Tenz. Suppl. III. p. 683. 684.

(a) Ita enim in diplomate legimus: *Zwey Phunt Phennyge*; postea refertur, hæc duo *talenta* solvere diversas domos, *unam quidem septem & dimidium solidos; aliam octodecim denarios; aliam sex denarios*, ex quo colligimus, *novem solidos & sex denarios* confecisse tunc *duas libras; novendecim vero solidos quatuor libras, seu talenta*. Vide Tenzelii Suppl. II. Goth. p. 244.

(b) De iis ita Tilem. Frisius p. 119: *Die Lilien-Gülden sind zu Ende dieses Seculi (13.) zu Florenz in Italia geschlagen, in Teutschland eingeführet, und im folgenden Seculo (14.) dermassen gangbar und angenehm worden, daß der Handel dabey getrieben, wie igt bey den Thälern, und die Pfand-Verschreibung auf Gülden gemeinlich gericht, von etlichen Fleisne Gülden genant, die um das 1350. Jahr ein Pfund Franckfurter Zeller (quod probe ad superius jam p. 27. dicta, observandum) gegolten. Diese Lilien-Gülden seyn von den Lilien und Aufschrift: FLORENS Floren geheissen, dahero noch heutiges Tages die Gülden Floren genant und mit fl. angedeutet werden. Et pag. 159: Diweil aber die Silber-Münz nach der Hand an Schrot und Korn verringert, so seyn die Goldgülden dagegen gesteigert und ungleich aufgenömen, daraus ersolget, daß dem Goldgülden eine geringere Zahl Münze gesetzet worden/ nicht höher zu geltende. Addimus hoc, cufos eosdem esse *Florintia*, anno MCCLII. (non sub finem Seculi hujus, uti *Frisius* supra volebat) titulo 24. ceratorum (*Carrate*) quorum *otto unciam* conficiebant. Inde & hodie in veteribus florenis observamus, eos exacte pendere drachmam. Uni parti insculptus erat lilii FLOS, unde *moneta* nomen habet; in altera stabat *S. Job. Baptista*. Hos mox excepisse *aureos Rhenanos*, vero simillimum est; siquidem illos habemus hodie, quos *Gerlacus, Adolphus, Johannanus, Conradus, Bertoldus*, Archiepiscopi Moguntini; quos *Cuno, Wernerus, Otto*, Archiepiscopi Trevirenses; quos *Conradus, Fridericus, Theodericus, Rupertus, Hermannus*, Archiepiscopi Colonienfes; quos *Rupertus, Stephanus, Ludovicus, Philippus, Fridericus, Albertus*, Comites Palatini Rheni cudi fecerunt, & in splendidissimo *Tesaurio Friedensteiniensi* ostendi possunt,*

commutavit, *monetam adhuc in sua integritate, argentumq; in sua puritate* mansisse, eandemq; etiam per FRIDERICI GRAVIS, MCCCXLIX. è vivis discedentis, ævum aliquandiu durasse, firmiter perfvademur, ita tamen, ut sub ipso, *sui nominis loco, urbis cudentis* nomen prima vice in nummis fuerit obsignatum, unde postea appellationem *DENARIORVM GOTHENSIVM* tulerint, perque *integrum* propemodum retinuerint seculum. FRIDERICI STRENI sub *regiminis auspiciam* magis declinare, purumq; in mixtum abire cœpit argentum certissime. FRIDERICVS vero STRENVVS postquam anno MCCCXXX. ad plures abiisset, divisioque terrarum inter Serenissimos fratres esset facta, Gotha præterea nostra in hujus fratrem, BALTHASAREM, Landgravium Thuringiæ, esset devoluta, hæcce etiam calamitas inter alias nostram premebat rem monetariam, ut nempe anno MCCCXXXVI. pro lucello & tributo monetario *privatis denuo concrederetur manibus*, quæ lucro, ut fieri solet, inhiantes, deteriorem sine dubio in dies eandem reddebant, *grossis ipsius* vel hodie id, quod diximus, fatis adstruentibus confirman-
tibusque.

§. LVIII. Nunc quando ad *Seculum decimum quintum* à nobis perventum est, operæ erit pretium, ut & id eadem percurramus ratione, visuri, quæ decremента & in illo res nostra monetaria non solum sit passa, sed & quæ monetandi ratio per illud hisce in oris viguerit. Id vero dum facimus, comperimus, anno MCCCC. inter *Balthasarem*, Landgravium Thuringiæ, *Fridericumque Simplicem*, atque inter *Johannem*, Archiepiscopum Moguntinum, inter alia in *prædio Episcopi*, (*Bischoffs-Guth*) fuisse actum, ut *grossi* posterioris in posterum *peculiari signo* notarentur, quo facilius (ohne Gesehrde) à *grossis* Landgraviorum Thuringiæ possint discerni; (c) eundemque *Balthasarem*, anno MCCCCI. pro anniversario uxoris suæ, *Margaretha*, in æde S. Mariæ *sex marcas argenti mixti Erfurtenlis typi, ponderis & valoris* (*sechs Marg löftiges Silbers Erfurtisch Zeichens, Wisse Gewichtes und Weres*) census annui, ex redivibus pagi Molsleibin Ca-
pi-

(c) Mulleri Annal. Sax. p. 1.

pitulo peculiari diplomate legasse, (d) per ipsum Landgravium vero & illustrissimos Successores pro *sexaginta marcis argenti mixti talium Erfurtenfium denariorum* redimendas. Ao. MCCCCIV. *Henricus de Schonerstet*, Plebanus & perpetuus Vicarius S. Margarethæ, Gertrudi, Abbatissæ S. Crucis, partem collectarum in æde S. Margarethæ reddere pollicetur; Abbatissa vicissim ipsi promisit singulis annis, factis suis rationibus, *decem sexagenas grossorum usualium*, & si moneta pro nunc tunc temporis continget meliorari, *tunc, loco illorum decem sexagenarum*, voluit sibi dari ab eadem *quindecim libras denariorum pro tunc usualium*. (e) Sequenti MCCCCV. anno *Dietericus de Molsleibin*, Sculterus Gothanus, Hospitali S. Lazari Gothano censum *decem solidorum denariorum* (*czechen Schillinge Phenge Geldis ewigis Zinsis*) appropriavit. (t) Eodem anno *Balthasar*, Landgravius, non solum *Christiano de Scharffinstein sex sexagenas grossorum, Fribergensis monetae*, de rebus suis Gothanis, pro summa *sexaginta sexagenarum grossorum Fribergensis monetae* reluendas ab illustrissimis posteris, assignavit; (g) sed & idem Landgravius, teste *Autore de Landgraviis Thuringiæ c. 151. per totam suam terram in civitatibus & villis generalem fecit exactionem, & magnam sibi acquisivit pecuniam, quod vulgari dicitur der Bäre*. Cui eequidem consentiunt ea, quæ habet *Georgius Fabricius Lib. VI. Origin. Saxonicar. p. 663: Non certo constat, quid spectarit exactione nova; Nam imperavit in singula capita nummum argenteum, quorum viginti aureo Rhenense valent. Eum thesaurum collectum ursum vulgo appellaverunt. Clarissimus equidem Tentzelius eo inclinare videtur, quasi hoc exactionis genus à grossis Bernensibus cum urso originem traxerit, citatque in hunc finem Marquardi Freheri librum de re monetaria veterum Romanorum & hodierni apud Germanos Imperii.* (h) Sed, ut iudicium

pos-

(d) Tentz. Suppl. II, Goth., p. 251, 252, 253. Redemptus etiam hic fuit census ab Ernesto, Electore & Alberto anno 1483. Confer p. 254. ibidem.

(e) Sagitt. H. G. p. 226, 227. () Tentzelii Suppl. II. Goth. p. 656; (g) Ibid. p. 256.

(h) Prodiit is liber A. 1605, in forma 4ta, insertus dehinc etiam est Tomo XI, *Grævii Antiquitatum Romanarum* p. 1402.

possit eo rectius de hoc ipso negotio formari, ipsissima ejusdem ad-
 ducemus verba, uti habent Cap. III. p. 43: (Græv. edit. p. 1424.)
Batziones posterior atas dixit, à Bernensibus cum ursti primum signo in-
ductos, quorum tota in Germania jam plurimus usus, cum quin-
ta decima sit pars floreni, per quos in Alemannia & Suevia omnia
computantur, ut in Saxonia, per grossos. Et p. 43: Olim quo-
que monetæ genus fuit Berna solidus, vel denarius veterum A-
lemannorum, cujus mentio fit in ordinatione B. Adelheidis Cesarissæ,
fundatricis Abbatie Salsensis de villa Kilberg: Item ordinavit, quod in
festo B. Andreae Apostoli dicti Officiales, Scultetus, Cellarius, & Banwardus
Domino Abbati duos debeant emere porcos bonos ad quoddam convivium
faciendum, ubi dimidia Berna debebat expendi, & ad illud, quod
vulgo dicitur Vasnagat (rectius Vasnagt, Bacchanalia) ubi una Berna
& dimidia debebat expendi. Sed illa die, qua convivium fieret, omnes
debentes jus, quod dicitur VVisingen scapulas (Schincken Freherus
interpretatur) & vinum debebant dare & solvere plenarie dato super his
bona pignora, vel denariis numeratis. Pergit Freherus: Hanc
Bernam communem fuisse monetam villa Bernæ in aliis locis
ejusdem libri, unde hæc exscripsi, invenio. Aqua verisimile est nomen
etiam deinceps sumfisse collectam & contributionem publicam, (fortasse in
singula capita unam Bernam exigentem) cujus mentio in Chronico Aulae
Augustæ Regiæ (Königs-Saal) apud Bohemos cap. 37: Interea Rex
exercitum congregat, & ad bella se coaptat, generalem steuram, quæ Berna
dicitur, ab omnibus recipit, & super hoc exactiones claustralibus & civita-
tibus gravissimas imponit. Æneas Sylvius Historiæ Bohemicæ c. 58: Nisi
populares in sumptus regios pecuniam conferant, quam vocant Bernam.
Pergit vero Dn. Tentzelius, Supplem. II. Goth. p. 258: Qui (Autor
Chronicæ Aulae Augustæ regie, Albertus Argentinensis & Æneas Sylvius)
 cum

cum omnes loquantur de Bohemiæ Regibus, *Johanne, Carolo, Ladislao, & Bohuslaus Balbinus* in *Miscellaneis Regni Bohemici* Decade I. Lib. VII. Sect. II. p. 146. *Johanni Bernarum* in *Bohemia initium* tribuat; tum nemini mirum videri debet, *Balthasarem nostrum, Landgravium, ut alia, ita & has à Bohemis mutuatum; ipsumque collectionis nomen retinuisse, quia singulis numerandus erat grossus, sive solidus, quod genus monetae Bernenses urso suo primum signaverant.* Hoc equidem lubentes ipsi concedere vellemus, modo non repugnent tum supra allata, tum in posterum de *nostra monetae ratione* afferenda. Nihil hactenus neque de *ursis*, neque de *bernis*, neque de *batzionibus*, antea nobis innotuerat, nihil in sequentibus de iis legimus, neque sequioribus temporibus *exactiones* sic nominatas offendimus. Unde vero hoc collectionis genus tam subito in Thuringiam fuisset introductum? minimum unde sic nominatum? *bernis* nostris in oris tunc plane ignotis? *Batziones posteriorem aetatem* saltem nosse, ipse supra statim fatetur ab initio *Freherus*, quis ergo illos *Thuringia* jam anno MCCCCV. intulisset? Non negat *Freherus*, & nos cum illo, in *Svevia* eisdem maxime currere, non item in *Misnia* atque *Thuringia* credendum est, sed heic, ut ipsius est confessio, grossos potius. Et demus, *Bernas* olim in *Alsatia* & *Helvetia* cum maxime fuisset usuales, præcipueque urbi villæque *Bernæ* communes; concedamus etiam, collectionem hujusmodi antiquioribus temporibus *hoc nominis* quoque ex congregatione horundem nummorum tulisse; illud nomen tamen antiquatum, & successu temporis hominum memoriæ iterum excussum fuisse, rectius forsan persuademur, & longe aliorum nummorum heic locorum tunc fuisse cursum. Taceo, longe recentiores hos cum *urso* nummos, grossosque, tradere vel ipsum *Tilemannum Frisium*; (i) Non tango, *thesaurum* ipsum collectum, (non num-

K

mos)

(i) P. 171: Die Batzen haben ihren Namen bekommen von der Figur/als den Bezgen: denn die von Bern auf solche Groschen um das NB. 1500. Jahr zu schlagen angefangen, wie das *Matthesius* in seiner Sarepten in der 14. Homilien anzeigt.

mos) referente *Fabricio*, vocatum fuisse *ursum*; Ut exinde potius credam, vel errore *descriptoris*, quod sæpius fieri novimus, *Bere* irrepsisse pro *Bete*; (quo nomine olim *collectiones* ordinarie veniebant) (*k*) vel nomen hancce collectionem exinde tulisse, quod, cum antea *rogati*, (aus *Bete*) *lubentes* contulerint subditi, nunc compulsi non sine *murmuratione* hoc fecerint, adeoq; *thesaurus hic* non aliter ac *ursus murmurans* à subditis reputatus fuerit. Tanti vero est, monetarum valorem cursumque per singula Secula tenere! Sed ad reliquos progredimur annos, & statim subsequenti MCCCCVII. *Fridericum* juniorem, Landgravium, ut beneficium se præstaret erga *Monasterium Ichtershusanum*, *viginti sexagenas grossorum* in quinque *marcas argenti mixti* mutasse, à Senatu Gothano de rebus annuis solvendas, (*l*) offendimus. Ao. MCCCCVIII. *Petrus Brengebier*, Cantor in cathedrali *Canonicorum Ecclesia*, inter alia *Canonicorum redditus* aucturus, *semimarcam argenti mixti* annui census pro *quinque marcis argenti mixti* ipsis vendidit, (*m*) quibus, ut ipse scribit, bellum ecclesiasticum gessit, seque defendit. Eodem MCCCCVIII. anno *Heidenricus Bossler*, civis Gothanus, *Dieterico de Naza* censum annum *aurei floreni justi ponderis* (1. Goldgülden gut am Golde und schwer genug am Gewichte) de curia in platea Menchina, (Menchins, Gasse) *sex denarios* *Canonicis* pendente, accipiendum, pro *decem aureis Rhenanis* vendidit. (*n*) Anno MCCCCIX. (non vero MCCCCVIII. uti supra §. XLVII. p. 42. unitate omissa, excusum fuit) *GOTHÆ* nummos (postquam forte aliquandiu monetam cudere intermississent) denuo fuisse conflatos, *C. Fran. Paullini* in *Annalibus Isenacen-*

(*k*) Hinc & *Steira* tunc ordinarie audiebant *Beten*. Vide *Konigshoßii Chron.* *Alsatiæ* & inprimis privilegium *Philippi* Imperatoris, Anno 1205, datum p. 733: in quo inter alia: *Vel etiam cujusquam PRECARIÆ, sive exactionis onus* (quod Germanice redditum legimus: oder auch einiße *ge Bete, oder Auflage, ihnen auferlegen soll*) *eis imponere*. Et paulo ante p. 52: *Dort noch richtete Servius Tullius, der was der erste, der Zinse, und Bete und Stüre erdochte.* *Vitalis Episcopus Olfensis*: *Quæ precariæ* in quibusdam locis in grano & in quibusdam in denariis exigunt. *Soll nicht schade, adir hindere, Herendinsse, Herenbete, sunt verba diplomatis* apud *Tentz*, S. II. *Goth.* p. 282.

(*l*) *Sagittarii H. G.* p. 418. & *Tentz, Suppl. II, Goth.* p. 259.

(*m*) *Tentz, Suppl. II, Goth.* p. 263. (*n*) *Ibid.* p. 264.

cenſibus, (o) *Merlenio* ſine dubio in ſuo *Chronico Rythmico* autore, retulit; atque hoc anno heic non ſolum, ſed & *Iſenaci, Weiſſenſeha, Jenæ, Salfeldiæ*, hoc ipſum quoque factum fuiſſe, novimus. Eodem anno *Guntherus*, Comes de *Schwarzburg*, una cum fratre, filioque ſuo, curiam cum horto in *Gotha* à *Canonicis*, illis ſinguliſ annis quatuor ſolidos denariorum pendentem, ad dies vitæ ipſorum, *triginta duobus aureis Rhenanis* emerunt; qua vero finita, ad *Capitulum* ut rediret. (p) Illoque ipſo adhuc anno *Nicolaus Soykius*, civis *Erfurtenſis*, à *Senatu Gothano* *centum marcas argenti mixti* accepit ſortem, pro redemta uſura *decem marcarum*, quam pater ſuus *Friderico, Balthaſari & Wilhelmo*, *Marchionibus Miſniæ*, *Landgraviis*que *Thuringiæ*, mutuo dederat. (r) Cum ſequenti ao. *mccccx. Fridericus junior*, *Landgravius*; *Wilhelmo Coelite* mortuo, ſplendida hæreditatis portione fuiſſet auctus, & inter alias etiam urbes, *Dreſda, Haina, Ortrandum, Radeberga, Pirna, Dominum, Königſteinium, Cygnea, Olsnitium, Auerbachium, Pauſa & ſeptendecim* præterea arces ditioni ſuæ acceſſiſſent, ipſe cum *Friderico*, bellicoſo, & *Wilhelmo*, ex illo tempore *metallifodinas, monetariamque officinam Freibergenſem* in *communione retinuerunt*. (s) Unde nemo amplius mirari habet, ſi frequentior in poſterum *Fribergensium groſſorum* occurrat mentio. Eodem etiam adhuc anno *incola villæ Pholendorff* *Capitulo S. Mariæ* *marcam & dimidiam argenti mixti, typi ponderis & valoris Gothani* (*andirhalbe Marg lötigis Silbers Gotiſches Zeichens/ Gewichtes/ Wiſſe unde Were*) in eadem villa quot annis accipiendam, pro *quindecim marcis argenti mixti ejusdem valoris*, (*umme funffzen Marg lötigis Silbers der obgenannten Wiſſe unde Were*) vendiderunt. (t) Anno *mccccxi. Johannes Schmidius*, uxorque ejus *Thela*, *Canonicis Gothanis aureum Rhenanum* cenſus annui ex fertone manſi in *campis Frimarienſibus*, (qui tunc *ſeptem & dimidio agris*, atque adeo *integer manſus*, quod heic non omittendum, *triginta agris* conſtitit) ſol-

K 2

vente

(o) Pag. 108. (p) Tenz. Suppl. II. Goth. p. 265. (r) Idem ibid. p. 266.

(s) Mulleri Annal. Sax. p. 2. (t) Tenz. S. II. H. G. p. 268.

vente singulis annis perpetuo Ludovico de Farrenrode *novem denarios*, pro *decem aureis Rhenanis* (zwey Rinsche Gilden, gud am Golde unde siver gnug am Gewicht) vendidit. (u) Et quando eodem adhuc anno *solidus denariorum* perpetui census ex manso, in agris Sunthufinis à *Johanne Schwabhausen*, cive Gothano, & *Matthia Erwino* possesso, solventeque annis singulis *duodecim denarios*, venditus Canonicis fuit pro *sexagena grossorum MISNENSIVM*, (cyn Schog Missener Grosschen) atque ex alio fertone agri *triginta solidi*, aliique rursus *quinque solidi denariorum*, atque adeo singulis annis *septem cum dimidio solidi* ex domo quadam, in foro lignario sita, solvendi fuere, ex eo simul hoc cognoscitur, *solidum* vel tunc ex *duodecim* adhuc constitisse *denariis*, & *sexagenæ* sortem *grossorum Misnensium* tulisse *solidum denariorum* usuram. Eodem præterea anno *Fridericus* simplex, junior Landgravius, Monachis Reinhardsbornensibus, pro testamento patris *Balthasaris*, matrisque *Margarethe*, firmando, *marcam argenti mixti census annui* (cyn lotige Margt Silbers jerlicher Gülde) ex pago Ailsleben assignavit. (x) Sequenti mccccxii. anno *Henricus Kinteleib*, Vicarius Ecclesiæ S. Mariæ Ifenaci, Capitulo Gothano *quinque solidos denariorum census perpetui* (y) (fünff Schillinge Phennige ewiges Zinses) legavit, de quatuor agris in campis Remfetenfibus solvendos. Anno mccccxiii. *Fridericus*, junior Landgravius, Senatam Gothanum de redivibus ibidem suis annuis jussit *Johanni Metzen*, Vicario Rodanno, quot annis *duas argenti mixti Erfurtensis marcas* (zwey lotige Margt Silbers Erfurtis Zeichens, Wisse, Gewichtis/unde Were jerlichis Zinses) persolvere, pro sorte *viginti duarum marcarum ejusdem argenti*, (vor zwey unde zewenzig lotige Margt Silbers/Erfurtis Zeichens, Wisse, Gewichtis und Were) aliquando redimendas. Eodemque anno idem *Fridericus* civitati *Sangerhusanæ* præceptum dedit, ut ipsa *Nicolao de Utensberg* de redivibus suis ibidem annuis *viginti florenos* Rhe-

(u) Tentzelii Suppl. II. Goth. p. 271. (x) Idem ibid. p. 381.
 (y) Tentzelii Suppl. II. G. p. 274. (z) Ibid. p. 277.

Rhenanos aureos annuos persolvant, (zwenzig gude Rinsche Gilden, di in dem Lande zu Doringen genge, gebe unde unvorlagen sint) pro sorte *ducentorum Rhenanorum aureorum*, (vor zwey hundert Rinsche Gulde / gud an Golde, unde swer genug am Gewichte) sibi recte persoluta. (a) Anno mccccxiv. Gotze de Aspech Gunthero Escheleiben, Canonico Gothano, censum annum *viginti & novem solidorum & trium denariorum*, pro summa *viginti quinque aureorum Rhenanorum*, in pago Molsleiben assignavit. (b) Sequenti anno mccccxv. *Fridericus*, Landgravius, consensum suum dedit Johanni de Wechmar, annum *duodecim solidorum denariorum* censum in pagis Mittelhausen & Muhlberg, pro *sedecim aureorum Rhenanorum sorte*, Canonicis Gothanis vendendi. (c) Ao. mccccxvi. idem *Fridericus* junior, Landgravius, *Senatui Gothano* civitatis telonea in proximum triennium, pro *quingentis aureis Rhenanis*, elocavit. (d) Ex illo tempore per aliquot annos vectigalia Landgravii & tributum quoque *monetarium* (der Schlege-Schatz) *Senatui* fuerunt oppignorata. Anno mccccxvii. *Nicolaus Gebescher*, Missificus Gothanus, à *Capitulo tredecim aureos Rhenanos*, aut *tot solidos denariorum*, quot huic summæ sufficerent, annui accepit census; (e) Sequenti vero mccccxviii. anno *Fridericus*, Landgravius, *viginti aureos Rhenanos* census annui, (zwenzig gude Rinsche Gilden, dy in dem Lande zu Doringen genge, gebe, unverslahen sind) *Annae Marrahae* hactenus à *Senatu Sangerhusano*, pro sorte *ducentorum aureorum Rhenanorum*, solutos, *Capitulo* addixit Gothano; (f) Eodemque adhuc anno à *Gunthero*, Comite Schwartzburgensi, Comitatus suæ portionis Schwartzburgicus *Heinrico*, ejusdem familiæ Comiti, pro *duodecim mille marcis argenti mixti Erfurtensis monetae*, (Erfurtisches Zeichens, Gewicht und Wehre) oppignoratus fuit. (g) Ad annum mccccxx. obiter observamus, quod monet *Tilemannus Frisius* in *Speculo*

K 3

culo

- (a) Tentzelii Sup. II. G. p. 278. (b) Ibid. p. 280. (c) Ibid. p. 287, 281.
 (d) Sagitt. H. G. p. 16. Tentz. Suppl. II. G. p. 83.
 (e) Tentz. Sup. II. G. p. 286. (f) Ibid. p. 286.
 (g) Mulleri Annal. Sax. p. 9.

culo suo monetario, hoc scilicet tempore *marcam Gættingensem* adeo fuisse depravatam, ut ad tres aureos *Rhenanos*, postea duos, *unumque thalerum*, ac postremo *viginti quatuor grossos*, *Mariæ* figura obfignatos, sive *sedecim grossos antiquos*, (*Fürsten Groschen*) fuerit reducta. (b) Eodem *mccccxx*. anno *Guntherus de Aspech*, mortuo fratre *Gozone*, censum annum, (*duas nempe & dimidiam libras*, cum *duobus & dimidio solidis denariorum*, *drittehalb Phunt unde drettehalben Schilling Phennige*) pro sorte *quingenta aureorum Rhenanorum*, *Gunthero Escheleiben*, Canonico *Gothano*, solvendum in se recepit. (i) Sequenti *mccccxxiii*. anno *Johannes Keyne* unum *florenum aureum* annui reditus *Johanni Gifclero*, Monacho *S. Augustini Ordinis Gothano*, pro sorte *decem aureorum Rhenanorum*, oppignoratis pro illa certis in campis *Holtzhufanis agris*, vendidit. (k) Anno *mccccxxvii*. *Johannes Frommannius*, Scriba civitatis *Gothanæ*, coram *Judicio publico* ante fores *Sacrarii S. Jacobi Capitulo Gothano* *viginti octo solidos denariorum valoris Gothensis* census perpetui, (*achte und zwenzig Schillinge Phennynge Gotischer Were ewigen rechten Erbzinsse*) accipiendos de *viginti octo agris pagi Tuphleiben*, pro *triginta aureis Rhenanis*, (*vor dryßig gute Ninsche Gulden*) tradidit. (l) Sequenti anno *mccccxxviii*. sapius laudatus *Fridericus*, junior *Landgravius*, uxorque sua *Anna*, nata *Comes Schwartzburgica*, *Georgenthalico Monasterio* *sex marcas argenti* annui census dono dederunt. (m) Anno *mccccxxix*. à *Friderico*, *Landgravio*, *Senatus Gothanus* in sequentes *undecim* denuò annos per *redemptionis contractum telonea civitatis*, interque alia *tributum monetæ* accepit. (n) Anno *mccccxxx*. *Nicolaus Sonneborn*, civis *Arnstadiensis*, profitetur, se *Capitulo Gothano* *tres solidos denariorum & semiaureum Rhenanum* annum debere. (o) Tertio ab hoc anno *mccccxxxiii*. toties laudatus *Fridericus*, *Landgravius*,
Ca-

(b) Pag. 157. (i) Tentz. Sup. II. G. p. 288. 289. (k) Ibid. p. 292.
 (l) Tentz. S. II. Goth. p. 298.
 (m) Sagitt. Hist. G. p. 418. Tentz. S. II. G. p. 298.
 (n) Sagitt. H. G. p. 16. Tentz. S. II. G. p. 298. (o) Tentz. l. c. p. 306.

Capitulo iterum Gothano, pro memoria conjugis suæ, *Annae*, anniversaria, *centum & quinquaginta aureorum Rhenanorum* fortem dedit, ut *decem aureorum Rhenanorum* usuram ex pago Frimariensi, ex reditibus vero suis Salzenfibus *unam marcã argenti mixti*, loco præsentia, annis haberent singulis. (p) Eodem anno *Conradus Hamsterus* cum uxore sua *Eyla* *Johanni Happio* quatuor balnea tradidit in platea *Hitziliana*, de quibus *Senatus Gothanus* *quinquaginta duos solidos* acceperat, pro quibus ipse *Consulibus* *triginta Rhenanos* persolvit aureos. (q) Sequenti *MCCCCXXXIV.* anno idem *Fridericus*, *Landgravius*, *Leutolfio*, *Johanni & Dieterico de Gotfart* arcem & civitatem *Buttelsied* pro *trecentis marcis argenti mixti Erfurten-*
sis *Signature* oppignoravit. (vor drihundert Marg lötigis Silber, Erfurtischen Zeichens und Gewichts, Wisse und Wehre.) (r) Anno *MCCCCXXXV.* idem *Fridericus*, *Landgravius*, *Senatui Vinariensi* de reditibus suis ibidem annuis *septuaginta marcarum*, ex consideratione damni, *ao. MCCCCXXIV.* per incendium perpeffi, *triginta marcas* remisit, (s) quod & hoc ipso anno *Jenensi* fecit civitati. (t) Sequenti *MCCCCXXXVI.* anno rursus *Fridericus*, *Landgravius*, *Reinhardsbornensi* *Monasterio* *centum* legavit *florenos* annuos, *septuaginta* à *Senatu Saltzensi*, *triginta* vero à *Gothano* persolvendos. (u) *sic év παρόδω* adjicere placet, hoc anno *Albertum*, *Imperatorem*, *reformationem monetæ* suscepisse, nonnullosque huc facientes articulos *Imperii Statibus* præscripsisse, *Speculo Saxónico* additos. (x) Anno *MCCCCXXXIX.* grossos *Wilhelmi* cum *capite Judæi pileato* fuisse conflatos, *Fabricius* autor est, (y) quorum tamen fabricam *Andreas Mollerus* in sequentem *MCCCCXL.* annum rejicit. (yy) Eodem anno

(p) Tentz. S. II. G. p. 311. 314. 316. (q) Sagitt. H. G. p. 419.
 (r) Mulleri Annal. Sax. p. 17. (s) Ibid. p. 18. (t) Ibid. p. 18.
 (u) Sagitt. Hist. Goth. p. 420.

(x) Tilem. Frisius Spec. Monet. p. 192. (y) Fabricius in Orig. Sax. p. 754.
 (yy) In Annal. Friberg. p. 86: Welche (Friedrich und Wilhelm Gebrüdere) noch dieses Jahr (1440.) eine Reformation in der Münze vorgenommen, und grosse ganze Groschen mit Jüden- & Löpfen/ die man daher Juden-Hüte genennet, wie auch kleinere mit Löwen zu Freyberg münzen lassen, der grossen haben 20., der Kleinern aber 60. einen Goldgulden abgeloffen.

Fridericus, Landgravius, *Theoderico Langio*, Decano Gothano, *vincam*, huic pro *centum aureorum sorte* ab Joh. Torwarto depauperato oppignoratam, solventemque quot annis inter alia *tres solidos denariorum* Præfecturæ Wassenburgensi, occupare permittit. (z) Sequenti mccccxl. anno dieq; 4. Maji è vivis abiit *Fridericus simplex*, Landgravius Thuringiæ, in cujus usque tempora *usum ac appellationem solidi denariorum* (*Schilling. Pfennige*) perdurasse, *totidem verbis* asseverat equidem Clar. *Tentzelius*, (a) sed sequentia aliud opido nobis persvadebunt.

§. LIX. Anno mccccxlii. *Theodericus*, Abbas, & Conventus Monasterii Reinhardsbornensis *octoginta novem solidos denariorum duosque denarios* annui census (nun unde achzig Schillinge Phenge und zavene Phenge gemeyner guter Land:Were ym Lande zu Döringen) *Johanni Erhardo*, civi Gothano, pro *ducentis & viginti sexagenis grossorum* vendiderunt. (b) Ao. mccccxlii. Monasterium S. Crucis Gothanum *centum florenos aureos* (hundert gute Rinsche Guldin, gud am Golde, und swer gnug am Gewichte) pro coemendo sceno mutuo sumsit. (c) Eodem anno *Henricus de Husen*, arcem Farnrodanam in feudo à *Ducibus Saxonie* qui tenebat, Xenodochio Gothano censum annum *viginti quatuor cum dimidio solidorum denariorum* (fünffte halbin und zwensig Schilling Pfennige gemeyner Land:Were) addidit, à *Ludovico & Frider. de Farnrode* olim *Theoderico Gräffenheino*, civi Gothano, *duodecim cum dimidia libris* denariorum (um ditzenthalf Phund Pfennige der genantin Wehre) venditum. (d) Ventum jam est ad annum mccccxlii. quo maximam rei monetariæ accidisse mutationem, postquam GOTHÆ nempe *Friderici placidi & Wilhelmi* divitis ditionibus accessisset, apprime novimus. De hac autem cum primis *Annalium Ursinianorum* Continuator agit, quando de illa ita: **Darans Ao. mccccxlii. ward alle Münze in Döringen ver-**

(z) Tentz. Sup. II. Goth. p. 325.

(a) Ibidem p. 37.

(b) Tentz. Suppl. III. p. 666, 667.

(c) Ibid. p. 667. Et hoc anno 1442. *marcam* adhuc *Einbeccensem* *quatuor aureis Rhenanis* fuisse æstimatam, docet *Tilem. Frisius* in *Spec. monet.* p. 154.

(d) Tentz. S. III. p. 666.

verschlagen/ und eitel neue Münze gemacht / die ward wohl
 trefflich angehaben / bestund aber mit dem ausgegangenen
 Korne nicht lange/ sondern nahm von Jahren zu Jahren abe/
 die Marc^t Silbers galt nicht mehr denn sieben Schock/ oder sie-
 ben Gilden; hernach im Fall der Münze galt eine Marc^t Silbers
 von Aufsteigunge des Gildens in die vierzehnen Schock. da wurde
 auch allerley Münz in Döringen gemünzet in Meissen, Hessen/
 dem Elßfelde / die sich am meisten alles Silbers und Pagen-
 munds in Erfurt und darum erholten. *Til. Frisius* in *Spec. monet.*
 p. 162. *grossos Bohemicos hoc anno Misnicis æquales, & octoginta octo*
ipforum marcam æquasse asserit, (e) rem cæterum monetariam in
alium omnem melioremque statum omnino mutatam fuisse, certis
edoctus notitiis non minus p. 164. ibidem prodit: Ao. MCCCCXLIV.
 seyn die fremden eingeschoben Münz im Lande zu Meissen ver-
 boten/ und andere neue Groschen gleicher Werde von den Her-
 zogen von Sachsen und Marggrafen zu Meissen geschlagen wor-
 den. Et p. 125: Und haben die Fürsten von Sachsen und Meissen
 anno 1444. sich der Münze halber bemühet / die fremde Münze
 verboten/ und neue schlagen lassen. Si vero quæramus, quinam
 grossi hoc anno percusi? Respondet *Georgius Agricola*, de pondere
 & temperatura monetar. p. 300. scribens: *Eos, qui ex Judaico capite*
cognomen traxerunt, iudem fratres, Fridericus & Wilhelmus, jam Duces
Saxonie facti, signarunt anno MCCCCXLIV; cum quo & hac in par-
te alii consentiunt. (f) Nec ab his alii sunt, qui tunc temporis vo-
cati fuere grossi barbati, (bärthigte Groschen/ quod caput illud,
vulgo dictum Judaicum, promissa communiter compareret barba)
quorum mentio in Consultatione Wilhelmi (forte circa 1444. facta) in-
icitur, facili ex eo conjectura, quod cito admodum isti disparuerint
 grossi, dum inquit: Und verschwunden gar, als das vorgesehen bie
 L den

(e) Pag. 163: Wie dann um das Jahr 1444. - 88. Stücke auf die Marc^t und achthalb Loth
 4. Green, und mittler Zeit noch geringer an Schrot und Korn geschlagen.

(f) *Laur. Wilhelmus* in descriptione Urbis *Cygnæ* p. 196. *Tob. Schmidius* in *Chronico Cygnæ*
 p. 201. ad annum 1444.

den bertechten Groschen, die verschwunden auch gar bie den Leuten. Grossos cum *leone* cufos tunc quoque vult *Zilem. Frisius*, p. 125. scribens: Die Marggraffen von Meissen haben darnach anno MCCCXLIV. die Groschen mit dem Löwen, das Wapen haltende mit den Balcken/geschlagen, deren drey einen Wilhelmer thäten. Et p. 165. ad annum 1444: Umb dieselbige Zeit seyn die Groschen mit den Löwen / das Landesbergische Wapen mit den dreyen Balcken haltende, 100. auf die Marck und 3. Lot ins fein, deren drey einen Wilhelmer gegolten/geschlagen/davon die alten Meissnische Schocke kommen, deren 60. zwanzig Wilhelmer, oder einen Goldgilden der Zeit gemacht, iziger 20. Fürsten-Groschen, oder ein alt Schock. Cui adstipulatur (ff) *Georgius Agricola: Idem fratres (Fridericus placidus & V Vilhelmus) eodem tempore etiam percusserunt nummos, quorum tres valebant uno V Vilhelmino, atque sexaginta aureo uno Rhenano: in eos autem impressus est leo, cum tribus trabibus, quae sunt Insignia Landsbergensia, ejusmodi nummi centum pendunt bessern, in quo inest argenti sescuncia. Et minores Landsbergenses, quorum sexaginta conficiebant aureum, tunc fuisse conflatos, iterum nobis refert Fabricius Lib. VII. Orig. Saxon. p. 754: Renovata itidem res nummaria; Percussi nummi cum capite Judai pileato, quorum viginti aureo valerent Rhenano, tum NVMMVLI dicti LANDSBERGENSES, quorum sexaginta eundem aureum pretio aequarent. Id autem factum est, quia, Friderici negligentia, omne genus nummorum minus proborum in has provincias importatum erat: exteri omnes edicto exterminati sunt, exceptis Bohemicis. (g) Hi vero, ut hoc ob imperitiores rerum harum addamus, non sunt nummuli illi vulgo dicti Landsbergenses bracteati,*
Lands-

(ff) Lib. .I. de pondere & temperatura Monetarum, p. 299.

(g) In quo meo (in prior editione) asserto Cl. *Tenzelium* omnino habeo consentientem, Supplemento II, Gothano p. 37,

Landsbergense tantum exhibentes *δέρμα*; sed *grossi* illi *leonem* sistentes cum *scuto*, in quo *Insignia Landsbergensia* conspicua, à *Friderico placido* & *Wilhelmo* cusi, uti ex iis, quæ tradit *Mollerus*, & ex computatione, quod *scilicet* 60. illorum aureum *Rhenanum* valuerint, clarissime colligitur. Somniasse vero videtur *Tentzelius*, non scripsisse ea, quæ *Supplemento III. Historiæ Gothanæ* p. 667. habet: *Ex his autem non debuit Schlegelius noster concludere, hos nummos cum leone & scuto Landsbergensi, dictos esse Wilhelminos. Agricola enim in verbis precedentibus, ab ipso Schlegelio citatis, duplices tantum Wilhelminos facit, primos Wilhelmi Coclitis & Balthasaris; alteros vero Wilhelminos à fratribus Friderico (bellicoso nempe, & primo postea Electore) & Wilhelmo (secundo, cui cognomen divitis adhaesit) Principibus Misena, & eorum agnato (imo patruo, erant enim illi Friderico strenuo geniti) Balthasare, Principe Toringiæ, percussos anno MCCCC. Tertios à Wilhelmo tertio, seu forti, Friderici placidi fratre, cufos ac denominatos plane ignorat Agricola, qui nummos cum leone & scuto Landsbergico clarissime à Wilhelminis distinguit, dicendo: Tres valebant uno Wilhelmino, atque sexaginta uno Rhenano. De Wilhelminis autem dixerat, eorum viginti aureo Rhenano permutantur. Recte igitur Frisius: Anno 1444. seynd die frembden eingeschobene Mûngen im Lande ic. Sed errare *Tentzelium*, nec intelligere monetam illius temporis, quisque ex illis, quæ dicturi sumus, pervidebit. Hoc equidem certum, & extra dubitationis aleam est positum, supraque jam pag. 59. ad Not. (z) à nobis observatum fuit, à Wilhelmo non solum *Coclite*, sed & *Balthasare*, a. MCCCXC. grossos fuisse percufos, quorum 90. bessem, 20. aureum constituebant, primumque hos *Wilhelminos* dictos, clare hoc referentibus & *Georgio Fabricio* (b) & *Georgio Agricola*: (i) Extant præterea, etsi pauci, vetustio-*

L 2

(b) Lib. VI. Orig. Sax. p. 673; ad annum 1396: *Rem nummariam* (Wilhelmus Cocles) restituit, & *nummi Wilhelmani* nomen ab eo retinent. (i)

siore argenti, quos majores nostri, cum tributa conferrent, dominis numeraverunt. Etenim anno MCCCXC. Wilhelmus, cognomento Cocles, Princeps Misena, & Balthasar, Princeps Toringia, (fuit vero Balthasar Wilhelmi patruus) ex besse, qui quatuor uncias & semiunciam (9. Loth) argenti in se continerent, signarunt octoginta, atq; **HI WILHELMINI** sunt dicti. Qui vero **POSTEA** percussi sunt **PARTIM EX ALTERO WILHELMO**, jam Duce Saxonum, **PARTIM EX IVDAICO CAPITE COGNOMEN TRAXERVNT**. Quoniam vero eorum viginti (Wilhelmini scil. priores) aureo Rhenano permutantur, eo modo bes argenti minoris venit, nempe aureis Rhenanis octo. **WILHELMINOS** vero **ALTEROS FRATRES, FRIDERICVS & WILHELMVS**, Princeps Misena, & eorum agnatus **BALTHASAR**, Princeps Toringia percusserunt anno MCCCC. Atque hos alteros **Vilhelminos** tantum abest, ut præteriissemus, aut negassemus, ut potius distinctis verbis in nummis Cygneis p. 66. ad quam paginam provocat Tenzelius, scripserimus: *Ex Agricola insuper dispalescit verbis, ut hæc ὡς ἐν παραδείῳ* addamus, *alios & recentiores, WILHELMINOS pariter dictos, à Friderico* (bellicosum intellige) *& Vilhelmo* (divitem reputa) *fratribus, & patruo, Balthasare, Landgravio Thuringia, anno MCCCC, fuisse cufos, quos sine dubio intelligit Frisius, hæc p. 125. l. c. prodens: Die Marggraffen von Meissen und Landgraffen in Thüringen haben auch nach der Urth/ (aber noch geringer) wie sie anno 1390. angefangen, Fürsten-Groschen, Wilhelmer genannt, geschlagen. Hos Wilhelminos, uti supra audivimus, & mihi ambabus concedit Tenzelius. Sed quando ibidem addidi: Alios denique & esse Wilhelminos, à Wilhelmo, Friderici Placidi fratre, nomen sortitos, eodemque tempore (quo illi cum capite Judæi pileato) percussos, Leouem, Landsbergensem tenentem scutum, offerentes, illam superius memoratam adversus me instituit inutilem prorsus, vanamque disputationem. Sed si distinxisset modo recte*

(i) Lib. II. de pondere & temperatura monetarum p. 299. Nec alios intelligit, quando p. 269. ibidem scribit: *Quomodo etiam nummi quidam argentei Miseni à WILHELMO Principe WILHELMICI sunt appellati.*

recte tempora, non dormitasset bonus ille Homerus. *Errorem potius quærere debuisset in Agricola, qui Fridericos & Wilhelmos confundit, inquiens: Idem fratres, (quod tamen non est; non Fridericus bellicosus & Wilhelmus dives, qui illos supra memoratos grossos anno MCCCC. dederunt, & quorum ille ao. 1428. hic 1425. è vivis jam excefferant, sed, quod probe notandum, Fridericus placidus, & Wilhelmus fortis, sive tertius, eodem tempore (quo illi cum capite pileato Judaico cusi) etiam percusserunt nummos, quorum tres valebant uno Wilhelmino, atque sexaginta aureo uno Rhenano. In eos autem impressus est Leo cum tribus trabibus, quæ sunt Insignia Landsbergensia, ejusmodi nummi centum pendunt bessem, in quo inest argenti sescuncia. (3. Loth.)* Aut ergo dicendum erit, illos cum capite *Judæi pileato*, illosque cum *leone & Insignibus Landsbergensibus* cufos esse ao. MCCCC. à Friderico bellicoso & Wilhelmo divite, contra Fabricii, (k) Molleri, Schmidii & Wilhelmi claras assertiones; aut Agricola (& non mihi) impingendus fuisset memoriæ lapsus. Sane Frisius, licet in omnibus non adeo accuratus, hos tamen recte distinxit, pag. 125. scribens: **Darnach** (nempe postquam & Wilhelminos priores ao. 1390; alterosque Wilhelminos ex argento impuriori (die da geringer) ao. 1400. conflatos memorasset) ao. 1444. die Groschen mit den Löwen das Wapen haltende, mit den Balcken / deren drey einen Wilhelmer (primæ scilicet fortis) thäten. Nam in eo conveniunt omnes, quod Fridericus placidus & Wilhelmus conflare eosdem fecerint, in eo tamen erratum, quod postremos Agricola ao. 1400. signatos perhibeat, cum potius juxta Fabricium, Mollerum, Wilhelmum, Schmidium, uti diximus, melioribus notitiis sine dubio edoctos, id ao. 1444. factum fuerit. Quid pluribus? Ipsi nummi, grossique, quorum insignis nobis tum de Friderico placido, tum de WILHELMO cum dictis *Insignibus Landsbergensibus*, quæ leo tenet, est copia, id loquuntur clarissime, evincuntque apertissime. Hunc ergo suum *Catonem Censorem* aliorum potuit

L 3

(k) Qui post Friderici gravis mortem, quæ anno 1440. (non 1439.) contigit, *secutam hanc monetæ mutationem refert,*

tuisset ablegare, sed & nobis, eundem nullo iudicio fuisse, ostentasse sufficiat. Atq; uti Serenissimi fratres animis nunc, ministrorum malitia, disjuncti erant; ita mores pravos malaq; multa, interq; alia monetam improbam, provinciis suis undique invec̄ta fuisse, quis dubitet? Cusi interea pro lubitu in singulis prope civitatibus nummi, & quod alibi ostendimus, *Vinariae, Altenburgi, Isenaci, Smalcaldiae, Merseburgi, Coburgi, Weissenfehae, Arnstadii, Jenae, (l) Landsbergae, Fribergae, Lipsiae, Salfeldii, Mühlhufii, Northusa, Oschatzii, Saltzae.*

§. LX. Merentur omnino nunc adduci leges, quas *Wilhelmus, Dux Saxoniae, Anno MCCCCLII. Johanni Erhardo, Monetario in Gotha praescripsit, in officina sua monetaria, cui haectenus praefuerat, observandas, ut scilicet in posterum ibidem grossos (Pfennig-Groschen, in oppositione scilicet der Gulden-Groschen) cudat, valoris trium penninorum, & ut centum illorum conficerent marcã mixtam, in qua sint duae semunciae & duae drachmae argenti purissimi. (m) Ex quo non solum ad oculum patet, Gothae hoc tempore jam grossos quoque fuisse signatos, sed & illos ipsos tunc fuisse valoris admodum vilis, unumque tribus respondisse penningis. Anno MCCCCLIV. Fridericus placidus cum successoribus suis illustrissimis, à Friderico III. Imperatore, die XII. Nov. qui erat dies Erici post Martini, perinde ac alii Electores, licentiam, peculiari diplomate Neostadii conscripto, (n) impetravit, auream percuđendi monetam ad leges imperii & monetarias. (mit Graden und Gewichte, gleich andern Churfürsten.) Friderici placidi Electoris & Wilhelmi Ducis Consiliarii Lipsiae inter alia*

(l) Vide dissertationem nostram de Nummis Jenensibus L. K. in quibus vel una, vel duae unæ, circumscriptis literis: S. IHENA, vel: S. IHENE, Indulsiť civitati huic *Wilhelmus* hoc privilegium Wartburgi anno 1448.

(m) Pactum inscribitur mit *Hansen Erharden / unsern Münzmeister zu Gotha / wegen unser Münze / die er bisher daselbst gehabt, anno 1451. ausgeſtellt, darinnen wird ihm befohlen, allda die Pfennig-Groschen zu ſlahen, der eyner drye Pfennige gelde, hundert wiſſe Platten uff eine gemischte gewogen Marcß bestehe, zu dritthalben Lothen feynes lötiges Silbers, vollkümlich auß der Capellen verſuchet, an Geverde. Conf. Tenzelii Suppl. III, p. 684.*

(n) Mulleri Annal. Sax. ad annum 1454, p. 30.

alia ao. MCCCCLVI. consultarunt, qua ratione *Wilhelmini* grossi à *Fridericianis* discerni queant; illisque visum fuit, ut grossis *scutatis sive Landsbergenfibus* (*Den Schilden-Groschen*) *Gothæ* cudendis criterii loco *signum crucis* imprimeretur. *Crucis* vero hoc signum cave interpretaris de *signo crucis*, quod alteram grossorum aream implet, & omnibus & singulis grossis per duo secula jam fuerat impressum, in qua sententia *Tentzelius* fuisse videtur; (o) sed *crucis figura* intelligenda est de *cruce parvula*, quæ sub *leone Thuringico* in *Wilhelminis* conspicitur grossis, quales aliquot vel mihi met ipsi sunt. Novimus & hoc præterea, *GOTHAM* tunc eum quoque fuisse locum, qui à *Wilhelmo probationi monetarum*, perinde ac *Lipsia* à *Friderico Electore*, fuerat destinata, hoc ex *Notitia de reformatione monetae* colligentes (quæ ab utroque fratrum suscepta) sed sine addito die legenda, in qua inter alia: *Item, so sal di Probirunge zu allen Zytten / als sich geburt, gescheen / uff eine Zyt zu Lypz / uff die andere Zyt zu Gotha / als Wir dieselben zwu Stete darzu verwillet und genant haben.* (p) Obex ergo ut tandem irruentibus hisce malis & confusionibus poneretur, pace præcipue hisce terris reddita, anno MCCCCLVII. die 19. Augusti, qui erat dies Veneris post assumptionis *Mariæ*, *dietam provincialem Gothæ* (q) indixit *wilhelmus III.* in qua præcipua *consultantium cura* eo fuit directa, ut *moneta* in posterum, reformatione istius instituta, prospiceretur melius; cujus diætæ & meminit *Frisius* l.c. p. 125: *Ingleichen haben die Fürsten zu Sachsen Ao. 1457. und 1459. Zusammentünffte und Landtage gehalten / und die Münze verbessert.* Insignis vero, ut dicta comprobemus, elegantia, & multæ bonitatis internæ sunt grossi illi, qui hoc anno à *Friderico*, placido, *Fribergæ* signati: Priori facie exhibetur in iis *crux*, ac super illam *scutum Landsbergense*; circa vero: F. (*Fridericus*) DI. GRA-

(o) Quando S. III. Goth. p. 684. scribit: Quod & factum esse, grossi quidem *Wilhelmi* nomen præferentes, luculenter comprobant. Dum scilicet consuetam *ordinariam crucem* à parva illa *cruce*, quæ *leoni* in *Wilhelminis* adhaeret, non distinxit,

(p) Tentz. Suppl. III. Goth. p. 684.

(q) Mulleri Annal. Sax. p. 31. ad hunc annum.

GRACIA TVRINGE. LAN. In interiore circulo vero : ANNO MCCCCLVII; altera vero galea Thuringica coronata ac solitis bacillis exornata, circumscripta : GROSSVS MARCH. MISNENSIS. Et circa hæc tempora, (nam die annoque destituta est) aut non longe post Consultationem de moneta veteri & nova comparanda prolixam wilhelmi III. fuisse confectam, (r) Clar. olim Tentzelius opinatus est, nec aliter sentire fas est. Juvabit, cum non sine tædio integra legatur, vel initium finemque ejus dedisse:

Sollich Bewegnisse habin Wir Herzog Wilhelm von Sachsen 2c. von der Münze / als hier nach folget :

Wir können uff dem Grunde dieses Handels keinen andern Weg finden / worvon das Stigen des Guldens kômen sie / anders, dann von dem mannigfeldigen Fallen der Münze. Die wyle man vorwar weyß / daß der Gülde defmals nicht steyg und mynre galt / dann die Münze / do die Silber-Münze ging / für ein Ober-Wehre / und zwenzig Groschin zwey Lot oder mer Silbers hilden / dorumb so ist unnsere Meynung, man könne den Guldin in sinen Stant nicht brengen / als er vor stunt, man schlahe dann weder Münze / ein Guldin wert uff zwey Lot / und halte die Silber-Münze für ein Ober-Wehre, und probyre den Guldin / wie ferre der auch gefallen had / als Wir das mit mer Stücken und mannigfeldiger Ursach in dem Münzbruche gesagt haben. So dann unser lieber Bruder und Wir eyner nuwen Münze unser bendir Landen bequem / dadurch der Gülde wider in sinen rechten Stand queme / und nicht stigen solt / eyns worden / So ist die alde Münze an Groschin und Pfemyngen so mancherley gefallen / das man dann di mit der nuwen Münze nit verglichen kan / ane mercklichen Schaden der Gemeyne / Als Wir das in diesen nachgeschribenen Stücken

(r) Suppl. III. Goth. p. 681. In ea sit Friderici Placidi mentio, oportet ergo, eo vivente, illam esse adhuc conferiptam.

ten haben bewogen. Dorum so ist not zu beratslagen und zu trachten / wie man dise Artikel mit besseren verlegen / adir eyne Besserunge darüber finden möge / dadurch unsirs lieben Bruders und unsir Lande Verterpniß und gemeyner Schade möchte bewart werden. (s)

Specimen vero ex ipsis etiam afferemus contentis : Zum ersten / so sind acht Pfennig Münze / der keyne der andern am Korne gleich ist, als Lansperger / Schnechscher / Wissenscher / Jener / Savelder / Molische zweyerley / und Nortische. Der kan man ieglicher mit der nuwen Münze nicht verglichin, das si sich mit yr mögen vergrasschen, oder verpfengen. (t) Subjicimus & ejusdem clausulam : Wolde man aber einer nuwen Münze ein werden / zu slahen Groschin und Pfenge / und wolt di alten Münz durch yren Irthum gar verslahen / und di gar in di Wechsel kommen lassen, damit were das bewart / das man yre gethane Felle und Ergerunge nicht mochte dir kennen. Davon muste oberst, mittel, und nyderste Status und Wesen diser Lande gar versterben / und es worde noch grösser Schade nuzumal dadurch geschehen, dann allernechst an Uenderunge der Münze gescheen ist, denn die Lande und Lütche sind nu als arm worden / das sie sollichs Schadens mynner dann vor fänden zukomen, noch geliden. Sed non in consultationibus, uti alias sæpius fieri videmus, solummodo res substitit, sed & quantocyus in effectum fuit traducta. Nam, A. Molero autore, (u) hoc anno adhuc *Fribergæ* (erat vero Wilhelmo hæc officina communis cum fratre *Friderico*, uti supra ostendimus) *prima vice* *Electores grossi* cum *cruce & gladiis Electoralibus*, (*Creuz- und Schwerdt-Groschen*) qui equidem minore forma, sed *eadem interna bonitate* fuere cum grossis, *capite Judæi pileato insignitis*, quorum tamen mox pretium etiam, aliis vicinis Principibus & Statibus negligentius rem suam nummariam tractantibus, auctum fuit, primo

M

que

(t) Tentzel, S. III. p. 682. (s) Idem Suppl. II. G. p. 37.
 (u) In Annalibus Fribergensibus p. 103. 104.

que *quindecim*, postea vero *octodecim* nummos valuerunt. (x) Cusi vero & tunc simul fuere *semigrossi*, cum *gladiis Electoralibus*, novem nummis æstimati, quorum *viginti octo*, uti recte *P. Langius* in *Chronico Citizenſi* (d) ad hunc annum scribit, pollebant aureo Rhenano. Legentes proinde apud *Frisium* p. 165: *Darnach* ao. 1457. *seynd die alten Spitzgroschen mit den Balden auf 12 alte Pfennige erstmahls geschlagen, seyn aber bald auf 15. gestiegē*; aut alios *sic vocatos* tunc simul oportet fuisse cufos, aut *Frisium* errare in anno, opinamur, & 1457. irrepiſſe pro 1477. quo sic dicti grossi acuti cum trabibus *Landsbergensibus* expurissimo argento (die *Spitz Groschen*) fuere cusi, de quo infra in *Cygnis* acturi sumus pluribus. An vero hi ipsi ao. 1457. conflati cum iis, qui antea ao. 1444. & postea ao. 1465. signati fuere, numero *octoginta octo marcæ* responderint, septemque semuncias & duas drachmas quatuorque grana puri argenti continuerint, uti *Frisius* p. 163. secure id asserit, id artis probatoriaræ gnaris esto relictum. Quando porro *Joh. Sebastianus Müllerus* in *Annalib. Saxonis* (y) refert, anno demum *MCCCLVI*. signatos primum fuisse grossos cum *gladiis Electoralibus*, id aut *memoriæ lapsu* adscribendum, aut de *usu communi* eorum hoc anno cum primis invalescente potius intelligendum esse, opinamur, quippe in anno isto rectius assignando *Mollero, Agricole, Langio, Frisioque* pluris tribuimus. Summam sequioribus temporibus *VWilhelmum*, Landgravium, rei monetariæ habuisse curam, documento est, quod ille anno *MCCCCLXII*. die 27. Aprilis, qui erat dies Jovis post *Quasimodogeniti*, diætam *Statibus suis VVeissenshæ* congregatis indixerit, ut & de hac in meliorem formam religenda serio consultarent. (z) Nam circa hæc ipsa tempora miserriam monetæ fuisse faciem, ex *Frisio* (a) colligas, affe-

(x) *Grævius* Aprilis de pondere & temperatura monetarum (d) Pag. 866: Anno 1456. grossi monetarii primo *slat* sunt percusi, & imprimis 48. *terunt florenum*.

(y) Pag. 22: In diesem Jahre (1458.) seynd die ersten Ehr. Sächsischen Schwerdt-Groschen gemünzet worden. (?) *Mulleri Annal.* p. 25. ad h. ann.

(z) Pag. 157: Denn vor 30. Jahren (scripsit 1592. adeoque est annus 1462.) seyn Groschen geschlagen, deren 100. auf die *Markt* giengen / und 3. Lot ins feyn, also daß sie künfftig rig

afferente, *centum* tunc grossos confecisse *marcam*, & tres tantum *se-*
muncias argenti puri continuisse.

§. LXI. Dum vero Sagittarius ad annum MCCCCLXIII. (b)
Heinricum Martersteckium Magistrum *monetae cudendae Vinarientem*
nominat, ex eo non vanam capimus conjecturam, & hucusq; *ibidem*
bracteatorum minorum monetam cudi continuasse Marchionem &
Landgravium, *VWilhelmum*, confirmamurq; in hac nostra opinione,
quando non solum *eundem monetarum* anno MCCCCLXIV. in Consti-
tutione inter Monachos Augustinianos, Fraternalitatemque S. Mariae
offendimus, (c) sed & in *eadem* mentionem adhuc *solidi denariorum*,
ac trium *sexagenarum grossorum*. (5. Schog Grossin). Ao. MCCCCLXIV.
Friderico, placido, die VII. Septembris Lipsiae demortuo, sequenti
MCCCCLXV. anno, (quod nummus, quem assero, docet) novam e-
jusdem filii statim signare coeperunt monetam, quae in *Ernesti & Al-*
berti Constitutionibus provincialibus vocatur *grossi argentei*, (*Sila-*
ber-Groschen) à *materia* nempe, è qua conflati; alias quoque tunc or-
dinarie, *Fabricio* teste, *cenfuales* dicti, à *cenfù*, qui iisdem persolveba-
tur. (*Zins-Groschen*) Ilte vero de hoc negotio Orig. Sax. L. VII. p. 700.
ita: *Ut autem precia rebus minora imponerentur, de mutatione monetae*
tractatum est, non ut detraberetur de bonitate, sed ut nummi minoris pon-
deris cuderentur. Erant autem in usu nummi argentei, qui à CENSU tunc
dicebantur, & nunc à vicinis dicuntur Suerbergii. (Hoc posterius abusive
& à vulgo saltem fieri credendum est.) Et cum ab una parte scutum
Saxonicum, ab altera *Thuringicum* (d) praerferrent, vocati quoq; sunt

M 2

seu-

rig märk / und allein, drey der Zeit alte Pfennige / hernoch vier neue Pfennige gel-
ten, mit einem Löwen und drey Balken / deren drey gegolten einen Wilhelmser Gr.

(b) Histor. Goth. plen p. 162. Tentzel. S. II. Goth. p. 38.

(c) Ubi legas: *Er Heynrich Marterstecker Münzmeister. Tentz. Supp. III. p. 687. It.*
p. 689: *So sal iglich Bruder zu Erlichtunge solcher Kost eynen Schilling / Pfenning be-*
zahlen.

(d) Una scilicet eorum facies *parmulam & galeam Comitatus Provincialis Thuringie*, cui duo
cornua *re orbis extremitatibus inhaerent*, quas & cornuum latera *quinque utrinque bacilli soli vi-*
ornant, circumscriptis his verbis: *W. (VWilhelmus) D. G. DVCS. SAX. TVR. L. MARC.*
MIS. 65. (1465.) In altera *galea Ducatus Saxonici*, cum hac epigraphe: *E. A. (Ernestus*
Albertus) D. G. DVCS. SAX. TVR. L. MARC. MIS.

scutati grossi, (e) (Schilbigte Groschen/item zwey-schilbigte Groschen;) & cum sub *novi* Regiminis auspiciis *nova* quoque plane forma prodissent, *novi grossi* (f) (nuwe Grosschen) vulgo audiebant; *Boni* (gute) præterea nuncupabantur etiam, quod interna ac debita gauderent bonitate; *summorumque* (hohe) titulo olim insigniti, ut inter *ipsos* & *senarios* (Sechser) discrimen eo clarius pateret; dicti & denique fuisse *grossi antiqui Principum*, (alte Fürsten-Groschen) horumque grossorum meminit *Telemannus Frisius*, p. 163. scribens: Wie denn um das Jahr 1444. und 1457. und aber 1465. die alten Schneberger (quos diversos conjicio à recentioribus Schnebergensibus, vulgoque saltem sic *nominatos* putarem, cum sciamus, in annum 1471. metallifodinarum Schnebergensium primordia incidere) 88. Stück auf die Mark und achthalb Lot 4. Green, und mittler Zeit noch geringer an Schrot und Korn geschlagen. Et p. 165: Derwegen die Fürsten anno 1465. eine andere Urth auf 12. Pfennige geschlagen / welches die alten Fürsten-Groschen seyn. Observatione vero dignum ducimus, hos grossos ab anno 1465. usque 1469. ejusdem *typi* & *valoris* fuisse cufos, eosque singulis jam dictis annis comparere, sed hac ratione, ut annus in nonnullis ejusdem anni *Wilhelmo*, in aliis *Ernesto* & *Alberto* fit additus; hoc an inde sit, quod in *diversis officinis monetariis* fuerint conflati, uti aliquando *Paulus Mart. Sagittarius* (g) est opinatus; an studio inter illos sic fuerit conventum, ut quoque anno diversi tyarii confecti pro utraque parte, singulique in officina *Fribergensi* cufi fuerint, (quod mihi vero simillimum videtur) alii temporari ad excutiendum fit relictum.

LXII. Hactenus *Fribergæ* & *Gothæ* multum ferbuerant officinæ monetariæ, nunc a. MCCCCLXXI. *Schnebergenses* (h) accedebant me-

(e) Ita vocantur in literis Senatus *Altenburgensis* a. 1466. confectis, teste *P. M. Sagittario* in *Diss.* III. de Nummis Sax.

(f) In privilegio *Ernesti* & *Alberti*, civitati *Altenburgensi*, die Michaelis anno 1470. concessio. Vide *Sagitt.* *Diss.* laudatam.

(g) *Dissertat.* III. de Nummis Saxonis Lit. A. 2.

(h) Die scilicet *Dorotheæ*, qui erat 6. Febr. Vide *Mulleri Annal.* Sax. p. 40.

metallifodinæ, è quibus magna argenti moles singulis hebdomadibus eruebatur, & ad signandam pecuniam *Cygneam* ablegabatur, (i) grossis mox ex eadem conflatis, qui vulgo à loco metalli audiebant *Schnebergenses* (k) & *grossi Principum*. (Fürsten-Groschen) Nummulos a. MCCCCLXXII. *Gothanos* denuo & præcipue illos, qui ex argento multum mixto constant, inque *rueribus Grimmensteinii* castri fuere reperti, fuisse conflatos, *Tentzelius* olim coniecit, & quidem ex eo, quod hoc anno *Henrici Martersteckii*, Senatoris & Monetarii Principis ibidem, fiat mentio in diplomate; (l) sed ægre ac nec vix quidem consentientes heic nos habet, dum potius illos nunc bracteatos cum *leone solo*, aut *leone cum trabibus* cufos heic credamus, *Gothanorum* nummorum mentione in diplomatibus amplius plane non obvia, sed potius jam oblitterata; patetque clarissime, quid de *Tentzelii* opinione sentiendum sit, qui bracteatos minores *Gothanos* cum *duabus coronis* recentiores facit *Landsbergensibus* & *Jenensibus*, (m) & quidem ex eo, quod in *Consultatione VVilhelmi eorum* nulla fiat mentio; cum tamen illi potius aut *his ipsis sint antiquiores*, aut *bonitate*, quod aspectus docet, *interna meliores*, ut proinde in *illorum censum non venerint*. Anno MCCCCLXXV. *novos*, ob penuriam eorundem, denuo conflatos fuisse *grossos*, novamque circa rem

M 3

mo-

(i) De quo præprimis consulendus *Albinus* in Chronico provinciali & metallico, *Melzeri* Chronicon Schnebergense, *Schmidii* Chronicon Cygneum.

(k) Ita *Frius* p. 158: Ein nen Schock aber macht 60. Fürsten-Groschen oder Schneeberger; vñ weil dieselben nach dem 1471. Jahr, als der Schneeberg erst angefangen, geschlagen wurden, deren 21. einen Goldgülden machten. Et. p. 160: Also ist es auch eine Gelegenheit mit den Weisnischen Fürsten-Groschen / daß der 21. auf den Gold-Gülden um dieselbe Zeit gesetzt, daß also der Weisnischen Gulden Münz bey den 21. Groschen geblieben. Confer ibidem p. 165, 183.

(l) In diplomate nempe *Catharina Dornheimia*, Monasterii S. Crucis in Gotha Abbatissa, apud *Sagittarium* in Hist. Goth. p. 61. ubi vocatur *Rathmann*, unser gnädigen Herren von Sachsen Münzmeister dafelbs.

(m) Sane quid a vero alienum magis potest dici, quam quando *Suppl. II. p. 37. Tentzelius* inquit: Cui proinde nummularum *Gothanorum* aetatem cum *Paulino nostro*, (cui & ego pollicem presseram, & sine contradictione tunc cufi fuere) ad annum MCCCCLX. referenti non possum accedere.

monetariam *Constitutionem* à *VWilhelmo III.* confectam, publicatam, & die 21. Decembris *Heinrico*, Comiti Schwartzburgico, transmissam, ut & à suis eidem mos gereretur, (n) accepimus. Anno MCCCCLXXVII. ab *VWilhelmo*, *Ernesto* & *Alberto*, Serenissimis fratribus ac Ducibus Saxonix, (qui patrum honoris ergo, non patruæ meuentes verbera lingvæ, præponunt,) conflati fuere *grossi minores* ex puro propemodum *argento*, qui postea dicti fuere *grossi acuti*, (*Spiz-Groschen*) *Tetzelio*, Indulgentiarum famoso illo nundinatori, maxime accepti, de quibus infra in *Cygnis* nobis pluribus agendi erit locus. Frustraneas tamen non omni ex parte anno MCCCCLXXVIII. & heic loci *VWilhelms*, Ducis, de monetæ mutatione, meliorique introducenda, fuissè consultations, ex sequenti, quod integrum dabimus, ad *Senatum Gothanum* diplomate elucescet:

Wilhelm von Gots Gnaden, Hertzog zu Sachsen /
Landgrave in Döringen / und Marggrave zu Mei-
sen.

Iben, Betreuwten / So wir euch jüngst in Ausgange iziger un-
ser nurwen Münstz unter andern geschriben haben wie ir euch mit
zu wechseln der alden Münstz und dafür nurwe Münstz bey unsern
Münstzmeister bey euch zu Gotha / gescheneer Ausfazunge nach/
holen zu lassen / halten soltet : Ist uns angelanget, wie unser
Münstzmeister euch und andere anfangs nicht balde mit nurwer
Münstz für alde habe fertigen können, Münstzer-Knecht und
erstlicher Zurichtunge Gebruchs halben. Aber uff unser gethan
Anhalten hat er sich nun darnach gerichtet, mit dem Silber / das
wir ym für das Gold / so ir und andere unsere Stete uns zu
An

(n) Mulleri Annal. Sax. p. 4 : Am Tage Thomas hat Herzog Wilhelm III. zu Sachsen Graf Heinrichen zu Schwarzburg einen Befehl queschicket, und vermittelst dessen ihm wissend gemacht, wie aus Mangel der Münze neue Groschen wären gemünzet / auch eine neue Münz-Ordnung / wovon ein Exemplar mit beygelegt, gefertigt worden, mit Begehren, sich mit den Seinen darnach zu richten, und darüber unverbrüchlich halten zu lassen.

Umrichtung der neuen Münz geschickt hab / haben in die Münz kauffen lassen / und mit Pagament ym sieder zu kommen / das er nu euch und andere mit neuer Münz für alde fürderlich gefertigen kan, und wullen euch neue Münz für unwer Gold, uns wie vorgemeldet / ge chicket / widergeben lassen. Von euch begerende / das Jr des auf Montag nach *Antonii* bey unsern Münzmeister bey euch wisset zu warten / dieselben neuen Münz für das gemeldt Gold von ihm zu empfaen / mit derselben neuen Münz die alten Münze bey euch vollend aufwechseln / von unsern Münzmeister neue Münze dafür nemen / und das so offft thun lasset, bis die alde Münz gar ausgewechselt / und für neue Münz verwandelt wird. Daran geschicht uns zu gefallen. Geben zu Wymar uff Sonnabend Johannis Apostoli & Evangeliste anno MCCCCLXX. octavo.

Ex quo discimus, non solum antea *signatam heic GOTHÆ* fuisse suam monetam, sed & novam imperatam civibus, antiquam insuper cambio fuisse permutatam cum nova, Senatuique injectum, aurum ut Duci ad coëmendum argentum in tempore offerret, & quæ alia ad pernoscendum rei tunc temporis monetariæ statum apprime facere possunt. Quando vero per hos nummos Cl. *Tentzelius* existimat rursus indigitari adhuc nummos *bracteatos Gothanos cum duplici corona*, p. 38. Suppl. II. *Gothani* scribens: *Nec dubito, quin eundem Martersteckium innuat ipse Dux VVilhelmus in mandato ad Senatum Gothanum anno MCCCCLXXIIX. de nova moneta tunc cusa commutanda, quod suo loco Sect. II. integrum asseremus. At hoc ipso anno idem VVilhelmus, observante Sagittario, pag. 30. Grimmensteinium novis munimentis firmavit. Quid igitur prohibet statuere, mercedem tunc operariis solutam esse, tum Gothanis h. ce numm. u. l. s., tum aliis leone insignitis? Quo pacto facile acciderit, ut aliquis cæmentariorum, bajulorumve, inter laborandum nummos illos ex localo q. caerct. qui in rudicibus sub t. rnc. s. lo. Pio, reperti, tantis præter spem opinionemque disceptationibus locum dederunt: vereor, ne impense fallatur, fallatque alios.* Nam cui mo-
ne-

netandi illius temporis ratio vel tantillum est cognita, non facile eosdem in hunc annum 1478. conjiciet. Multis etenim annis ante ingens grossorum copia erat jam signata, & præprimis *consuales* illi ab anno 1465. sequentibusque; præcedenti anno, eoque ipso grossi acuti (die *Spiz. Groschen*) ab *acuta circumferentia*, Landsbergenlia insignia ambiente, sic dicti, totam occupaverant jam provinciam, & quidem ex puro argento cusi, aliique grossi, *senarii* dicti. Ex *Henrico Martersteckio*, Monetario hujus loci, hoc equidem evinci potest, cudisse illum heic nummos, sed num grossos? quod ex antea allatis palam quoque fit; num *penningos* cum *leone & trabibus*, aut cum *leone* seorsim? quod certe probabilius. Nec locus inventionis quicquam huc facit; nam *diu ante incolis fortuito excidere* potuerunt *ejusmodi nummuli*, qui postea protriti & in terra absconditi in reparatione arcis demum inventi fuere. Audivimus enim antea, *diu ante conflatos grossos* valuisse *tribus penningis*, sed hoc nostris plane non convenire potest nummis, quippe in *uno* plus argenti *puri* continetur, quam in *tribus antea jam cufis grossis*? Et quid? nonne *Ernestus* anno 1482. nummos cudi fecit; quorum *duodecim* pretio æquarent *novem antiquos*, qui à *leone* nomen habuerunt. Si ergo hi cum *leone* an. 1482. *antiqui* dicuntur in publica notitia, certe opus est, ut per *viginti* aut *triginta* annos circiter *jam valuerint*. Ex quo clarissime colligimus, per superius memoratos *novos nummos*, *Gothæ* à *Martersteckio* *annis* 1472. ad 1478. cufos, nonnisi illos nummos bracteatos intelligendos esse, quam qui *leonem* habent impressum *Thuringicum*, aut *leonem* cum *trabibus*, in quibus præterea *WILHELMi* nomen totidem legitur literis. Affirmare ergo auctorem publice, sine *collectione & inspectione*, addo, & *possessione nummorum ipsorum*, & sine interiori cognitione illorum, nihil cuiquam heic licere determinare, nisi quis talpa cæciorem se ostentare cupiat. Sed ad finem Seculi properandum nobis est. *Vilhelmo* nunc a. MCCCCLXXXII. defuncto, ad *Ernestum & Albertum* Thuringia, inque ea *Gothæ* devoluta fuit, sed, ab his divisione terrarum anno

MCCCCXXXV.

MCCCCLXXXV. instituta, *Ernesto soli* parere coepit. Hic *Ernestus*, referente *Fabricio*, in *Orig. Sax. Lib. VII. p. 790.* inter alias leges a. MCCCCLXXXII. & hanc dedit, ut *percuterentur nummi minores, quorum duodecim pretio aequarent novem antiquos, qui à leone nomen habuerunt, itemque obuli, quorum quatuor & viginti tantum penderent, quantum antea octodecim.* Hoc ea de causa factum esse, ut in *servitiis atque operis numeranda mercede, item in comparandis rebus necessariis vilior moneta esset, & pretia rerum augeri minus possent.* Cautumque simul mandato tunc fuisse, ut omnes alii nummi argentei exterminarentur, præterquam *Boemici, qui probitate ad Misnenses proxime accederent. Senarios & hoc anno ab iis fuisse conflatos, vel ipsi grossi tales, qui penes me sunt, testimonium optime perhibere valent, quique juxta Constitutionem Ernesti & Alberti provincialem quinque penningis & semipenningo tunc responderunt.* (b) Anno MCCCCLXXXVIII. MCCCXC. MCCCXCII. MCCCXCIII. in *senariis & grossis* proprie dictis signandis continuasse, loquuntur iterum *grossi ipsi, proxime, si Deus, fataque annuerint, in lucem à nobis proferendi.* Anno MCCCXC. *Friedericus sapiens & Johannes, fratres, penitus considerantes, quæ damna subditis per monetam improbam tenus hac fuerint inflictæ, severo mandato omnibus ac singulis notum faciunt, cum viderent monetam hujusdem regionis non sufficere, sed defectu illius hætenus laborasse, exinde factum esse, ut aliorum Principum & provinciarum moneta eidem fuerit importata, unde non possint non damna & incommoda sequi quamplurima, hinc se cum patruale, Duce *Georgio, constituisse & eam monetam cum priori convenientem, non detracto tributo monetario, tantæque copię Cygneæ & Saltzæ in publicum in posterum missuros, quo extraneæ non solum refisti, sed & ipsorum propria in ditionibus suis possit hoc modo & sub determinata pœna retineri.* (i)*

N

Bet.

(b) In iis legitur: E. A. D. G. DVCS. SAX. TV. LA. MAR. MIS. *Gladii Electorales* decussatim in scuto. R. GROSSVS NOVVS DVCVM SAXONI. 82. (1482.) *Scutum Misnicum & Landsbergense in circumferentia quadam.* (i)

Wetter, Herzog Georgen/ den Hammer ihrer Münze auf voriges Korn und Schrot, wie ausgefaßt, ohne allen Schlege- Schatz gehn zu lassen, und eine merkliche Anzahl Silbers zu Zwickau und zu Salza zu vermünzen lassen, und auf daß wir der ausländischen Münze uns erwehren / die inländische aber in unsern Landen behalten mögen / haben wir insgesammt verordnet, und folgendes unvorbrüchlich zu halten beschloffen, daß keine einheimische Münze unser Vorfahren aufgewechselt/ ausgelesen oder ausgewipffet soll werden, bey Verweisung aus dem Lande, auch nicht verbrand und gekörnet werde, bey Straffe des Feuers/ oder wo er Vortheil suchen ja wolte, so solte solche denen Sächsischen Probirern überlassen werden. 2. Frembde Münze solle niemand annehmen, oder ausgeben, als gemeldet hierbey worden, bey Straffe 100. Goldgülden / in Entschung solcher solte derselbe mit leiblicher Straffe beleet werden. 1.) Solte niemand den Rheinischen Goldgülden höher / als 21. Gr. ausgeben, oder nehmen / bey Straffe zehen

(i) Datum hoc est præceptum Vinarie die Martis Wenceslai anno 1490. Ut vero etiam scient subditi, qui & quanti illi ipsi sumendi essent nummi, additus ipforum est *indiculus* cum valore dignus, quem & heic addamus: Die grosse Hefische Groschen soll man nehmen ye einen Groschen um syben unsir Pfennig / der 12. einen guten Groschen gelten. Item die halben Hefische Groschen soll man eynen nehmen vor 3. Pfennig. Item die grossen Goslarischen Groschen soll man eynen nehmen um sybenzehn Löwen / Pfennige. Item die halben Goslarische Groschen soll man einen vor 8. Pf. nehmen. Item die cleyne Goslarische Groschen soll man nemen einen vor 5. Pf. It. die grossen Lübeckis. Schilling soll man einen nehmen für zwölf halben Löwen / Pfennig. Item die Märckischen Groschen soll man eynen nehmen für achten halben Pf. Item die Göttingische Groschen soll man eynen nehmen vor 8. Pf. Item die Stallbergischen Groschen soll man nemen einen vor 5. Pf. Item die Beheymischen Groschen soll man einen nemen vor zehenthalben Pf. Item die Märckischen Pfennig mit den halben Adler soll man 13. Pf. nemen für einen guten Gr. Item die Stallbergischen Pf. soll man funffsehen halb Pf. für einen guten Gr. nemen. Item der grossen Beheymischen Pfennig soll man neun Pfennig für einen Groschen, und drey derselben für vier Löwen / Pfennig nemen. Item der Erfurtischen Pfennige mit dem Schilde Landsperg und dem Rade soll man nehmen 13. für einen guten Gr. Item der Mühlhansischen Pfennig soll man nemen 10. Pf. für einen Groschen. Item der Gölitzer Pfennig soll man nemen 20. für einen Groschen / und 5. derselben für 3. Löwen / Pfennige. Diese aber soll man weder nehmen noch ausgeben bey oben-gemeldeter Straffe: Die Hefische Stern / Pfennig, item die Anhaltischen Groschen und Pfennige / item die Göttingische Pfennig, item die Magdeburgischen Pfennige mit S. Morizen Haupte.

hen guter Schock/ ein ieder Amptmann, oder Richter, solle dieses *ex-
equire* bey Straffe 100. guter Schock, auch niemand solche Straffe
zu minnern bitten, bey Straffe 100. Schock.)

S. LXII. Devenimus nunc ad notatu dignissimum præce-
ptum, quod *Fridericus*, Elector, suo, fratrisque, *Johannis*, nomine,
Senatui GOTHANO anno MCCCCXCVI. transmisit, ob *novam officinam
monetariam ibidem* instituendam, ubi scilicet moneta in posterum, ipso-
rum & *Georgii*, Ducis Saxon. nomine, cuderetur, de qua monetarius
tributum eidem quot annis solvere necesse haberet. Ita vero sonat:

Von *Gotts Gnaden Friederich/ Kurfürst/ und Johannis/
Gebrüdere/ Herzogen zu Sachsen* zc.

*Wegen Betrawen/ Nachdem der hochgeborne Fürst, unser lieber
Vetter/ Herzog George von Sachsen, und wir uns einer
Münz/ und bey euch zu Gotha zu münzen/ unsern Landen und
Inwonern zu gute voreynnet / und beschlossen/ als euch dann unser
beyderseits Rentmeistere solchs geschrieben zu erkennen gegeben/
und den Münzmeister dohin gefertiget haben/ mit Anzeigunge, dem-
selben fürderlich zu seyn / mit einer bequemen Behauffunge zu
versehen, Zuversicht von euch/ in bedacht gemeines Nuze, also ge-
scheen were: Uns langet aber an vom Münzmeister / wie ihr in Zu-
richtung einer Feuer-Mauwer/ der er notürfftig/ widerschig seit/
und die nit bauen wollend/ und nit wenig befremdend ange-
hen/ das euch solchs mer Nutz/ dann Schaden bringet; und ist
darauf unser ernstte Begere, Ir wollend solche Feuer-Mauwern
und Schmitten nach Anweisung des Münzmeisters bauen und
zurichten ungesarumpt/ davon er euch einen ziemlichen Zins
geben soll/ damit er in seiner Arbeit und Hanttierunge derhalben kein
Verhinderung haben werd, auch unser Vornemen, Landen und Leu-
ten zu gute, Vortgangt neme. Daran geschicht in deme unsere ernstte
Meynunge. Anno MCCCCXCVI.*

Hoc à Senatu amplissimo hujus loci fuisse promptissime factum, du-
bitare nos non sinunt *monita Consiliariorum Ducum Saxonie* (Unser
gnee

gnedigst und gnedigen Herren von Sachsen verordentene Rete zu Aldeburg, qui tunc erant *Henricus de Ende*, Eques & Aulæ Magister, & *Johannes de Oberriz*, Præfectus Altenburgensis) sequenti ao. MCCCCXCVII. *Altenburgi* convenientium, Senatuique *Gothano* significantium, *nummis leone* signatis (den Lawen-Pfennigen) multos hætenus immistos deprehenfos fuisse spurios ac adulterinos, *eiusdem* propemodum *figuræ* cum *Saxonicis*. (k) Huic errori proinde ut medelam adferrent Principes, cudi nunc denuo jussisse magnâ *novorum*, *nummorum*, *gladiis Electoralibus*, *chypeoq;* *Landsbergensi* signatorum, copiam, (dieselbigen Lawen-Pfennige mit dem Gepräge zu vorändern/die zwey Swert und Landesperger Schilt darauf zu slahen) hincque desiderare, ut post *definitum tempus* omnes *leonini* sint *abrogati*, permutandi tamen futuro tempore cum *novis* illis in *diversis urbibus*, *nomine tenus* expressis, in quibus & *GOTHA* nostra locum obtinuit. (Und auf das solch Verenderung des Geprägs, unser gnedigst und gnedigen Herren Untertanen nicht zu Schaden reichen ader komen dorffe, haben ire Gnaden bestelt, das man in yren Steten, *Wittenberg*, *Torgaw*/*Aldeburg*, *Zwickaw*, *Plawen*, *Newenstatt*, *Wymar*/ und *Gotha*: und unser gnediger Herr, Herzog *Georg*/ zu *Lipz*/*Weiffensehe*, *Salza*, *Freyberg*, und *Dschaz* wechsele; doch dergestalt, das solche zwischen hier und dem Sonntage nach *Corporis Christi*. gelten/ von der Zeit aber durchaus nit mehr genommen, noch gehandelt werden sollen. Von dem Sonntage nach *Corporis Christi* aber/ bis auf den Sonntag nach *Jacobi* schirfft und nit lenger Wechsel halten sollen, in der Gestalt/ wen solche unser gnedigst und gnedigen Herren Lawen-Pfennige an die Orter gepräget werden/ das man ynen die ane Abbruch wechsell, und mit irer Gnaden newgepregten Pfennigen, die den Lawen-Pfennigen an Korn und Schrot gleich, oder auch mit Groschen bezahlen soll. (l)

§. LXII. Superest, ut *Seculum hoc* absolvamus, & annum *MD.* attendamus, quod hoc ipso adhuc *Constitutio monetaria* publicata

(k) Die an der Güte denselben nicht gleich, doch an Gepräge denselben ähnlich wären.

(l) Datum Aldeburg, Montag nach Jubilate MCCCCXCVIII. Confer. *Tenzel*. Suppl. III.

cata fuerit à *Friderico* sapiente, *Johanne* fratre, & patruale, Duce *Georgio*, nomine *Alberii*, patris, (in Vollmacht des Hochgebornen Fürstens, seines lieben Vaters/ Herr *Albrechts*/ Herzogen zu Sachsen, Landgraffen in Thüringen, und Marggraffen zu Meissen, Römischer Königlich Majestät/ und des Heiligen Reichs erblicher Gubernator und Potestat in Frießlanden,) in qua volunt, ut in posterum cadatur *moneta propria*, nempe *grossus*, valens aureo; (m) *duo grossi*, respondentes aureo; (n) *septem grossi*, pendentes aureum; (o) *viginti & unus grossi*, æquantes aureum; (p) *quadraginta duo grossi*, etiam æquipollentes aureo; (q) dehinc, cujus rei solutio in *auro* promissa fuerit, eadem & per *nummos aureos* fieri debere; pro quibuscunq; rebus post proxime venturum *S. Ulrici* diem pecunia fuerit numeranda, illa, ut *Saxonica* sit, oportere; nisi contractus eo ipso voluerint esse vanos; subditi in posterum, uti hactenus, *viginti & unum grossorum* pro *aureo* accipiant, iiqve *cenсуales* porro ut maneant, necesse esse; *permiserunt* & insuper in eadem, ut *grossi Bohemici* pro *decem nummis Saxonice* futuro tempore accipiantur & reddantur; Indul-

N 3

fe-

(m) Intelliguntur, & quidem recte, ex *Hortleder* mente, qui manu hoc adscripserat, per *grossos tales thaleri*, qui olim vocabantur *Gülden/Groschen*. Adest hujus testis *Frisius*, pag. 128. scribens: Anno 1500. haben die Fürsten von Sachsen / Friedrich, Johann und Georg/ sich vereiniget, *Goldgülden/Groschen/ von 21. Schnebergern/ hele und halbes* (sunt semithaleri) schlagen zu lassen, welche die ersten *Thaler* gewesen mit den 3. *Angelsichtern und langen Haaren*. Sic a. 1502. *Wilhelmus medius*, Landgrav. Hassie, primos *grossos florenos* cudi fecit. *Winckelm.* Hafs. Chron. p. 47.

(n) Hi ipsi sunt semifloreni grossi, halbe *Gülden/Groschen/ s. halbe Thaler*. Vide N. (m)

(o) Hi dicti alias *Angelici, Engel/Groschen; Molares, Mühlsteine/* etiam vocati, itemqve *Schreckenbergeri, Schreckenberger* / à *Schreckenberga*, (sic olim *Annaberga* audiebat,) quorum *septem thalerum* conficiunt. De iis *Frisius* p. 165: Die *Schreckenberger*, deren ein Engel den Schild haltet/ seyn geschlagen auf dem Bergwerke *Schreckenberge/* das hernach *S. Annaberg* genannt, unten bey der Mühlen, daher die *Schreckenberger Mühlsteine* erstmals genannt wurden/ auf drey alte Fürsten/*Groschen/ sieben auf einen Goldgülden/ 52. auf die Mark/ 14. Lot ins fein.*

(p) Hi sunt *cenсуales*. *Schnebergenses*, quorum 21. valent aureo. *Frisius* p. 128: Daryu auch (a. 1500.) *Groschen von 12. Pfennigen*, so man *Schneberger* heist.

(q) Hos *senarios* (*Sechser/ halbe Groschen*) reputa, etiam *nobis grossos* vocatos. *Frisius* p. 128: Daryu auch (a. 1500.) halbe *Schnabberger* mit den *Schwertern*. Et p. 165: Der halben Fürsten/*Groschen* wurden 150. Stück auf die *Mark/ ins fein fünfzehalb Lot/ ein Green.*

ferunt præterea, ut *Comites Schwarzburgenses, Stolbergenses & Hohnstei-
nenses*, itemque Civitates *Erfurtum, Mulbysium & Northusa*, secun-
dum supra jam indicatum valorem & memoratam internam boni-
tatem, (*nach unserm Korn und Schrot*) *viginti & unum grossos* pro
floreno; nec non *42. grossos senarios* pro eodem; itemq; *penningos & obo-
los* cudant monetam, *propriis* ipsorum impressis *symbolis*, atque tam-
diu, donec hanc revocaverint concessionem; monetam vero om-
nem ante hanc indulgentiam à dictis *Comitibus & Civitatibus* per-
cusam in posterum amplius currere & valere, perinde ac peregrinam
non debere, simul voluerunt. A *Senatu* cujusvis civitatis à die *Ulrici*
usque ad diem *Bartholomæi* interdictos nummos cambio permutan-
dos esse, & pro iis paratam pecuniam semper, secundum valorem
internum, numerandam esse, secundumq; effatum juratorum *dou-
uasiuhs* peritorum, qui salariis in quovis loco alendi essent. Prohi-
bent deniq; nummorum *leoninorum* (*der Lauen-Pfennige*) valorem,
& illorum cum *ensibus Electoralibus & scuto Landsbergensi* jubent. (*un-
sere Pfenge mit den Schwertern und Landsberger Schilde sollen nicht
in Wechsel gezogen werden, sondern unsere ganghafftige Münze seyn*)
Et, ut hoc adhuc de nummis *leoninis* addamus, anno *MDXIII. Fri-
dericus, Johannes & Georgius* Vinariâ die *Lunæ* post *Viti* rescripte-
runt ad *Senatum Gothanum*, quod si qui apud ipsos essent, qui permu-
tationem *leoninorum* facere vellent, ipsis pro *duodecim & dimidio*
nummolorum *leoninorum, duodecim novorum* (intellige cum *gla-
diis Electoralibus*) aut *grossum censualem* solvere debeant, vel *Senatus*
illos *Lipsiam* mittendos curet, ubi pro *duodecim leoninis, duodecim*
novos accipiendos habeant.

§. LXIII. Abeant ergo nunc illi *bracteatorum aureorum & æreo-
rum patroni*, (r) & in aliis alioque Sole calentibus regnis suos quæ-
rant

(r) In quibus Dn. *Job. Christoph. Olearius*, in *Isagoge* sua p. 14. ita scribens: *Dantur nimirum
bracteati ex materia pura, sive totali aurci, argentei & ærci, vel cuprci. Ex quibus alii
dubitarunt, (dari aureos bracteatos) alii prorsus aureos negarunt; illi expectantes, hi nunquam
sales credituri. Rationes ipsorum non satis firma. Ex parte enim clamitant, non vidimus aureos,*

rant numinos vere & proprie sic dictos bracteatos aureos aereosque, in Misnia certe Thuringiaque nostra, uti ex ante dictis satis nunc, opinor, liquet, nunquam tenus hac repertis, nunquam in posterum etiam reperiundis. *BYZANTINOS* supra(s) vidimus, per totam Ger-

ma-

ergo non extant; alii, nullus persuadebit, ergo non cusi, & si qui extiterint aurei, non erunt antiqui. Quae singula eo ipso erunt confutata, quando meminerimus, quod pari artificio, jure & voluntate ab antiquis aurei potuerint formari bracteati, ac reliqui argentei & aerei, eorundem licet copia non fuerit magna, quam tamen exiguam quis dixerit, cum jam olim tales constati, inque massam auream plures fuerint redacti. Ad hac ipsa experientia & recens nostra observatio luculentissime edocet, aureos fuisse percussos. Paulo post p. 15: Caterum notetur, bracteatos aureos esse eximia raritatis & eo tempore cufos, quo aliquid memorabile accidit. Ac in der Curiosen Münz-Wissenschaft p. 75: Dergleichen Arth, (bracteati) oder dünne Blatten-Münzen findet man von Silber am meisten, auch zum Theil von Kupffer / sehr wenig aber im Golde. Eademque habet in Anastasi Agnesa p. 4. Et novissime Excell. Job. Petrus Ludovicus in Introductione in rem Numismaticam medii aevi p. 66: Es ist droben gedacht worden/ p. 33. dass man die bracteatos nicht allein in Silber, sondern auch in Golde und Kupffer fins. de Conser p. 25. 72. Dum vero supra istos proprie & vere sic dictos bracteatos diximus, exclusos simul volumus recentiores, superioris & decimi sexti Seculi, lusus saltem gratia quandoque ex tenui lamella aurea formatos bracteatos nummos, quales quousque heri & nudius tertius adhuc in officinis monetariis formari videmus, cujus generis omnes sunt illi, qui à supra laudato D. Oleario, exempli loco, fuere adducti, in splendidissimo Gazophylacio Gothano hodie reperiundi. Vidimus ergo etiam aureos, sed non genuinos, & proprie sic dictos ac coecos; sed recentiores & in censum hunc, de quo loquimur, plane non vocandos, docente vel primo illorum, quibus ipsorum fabrica non est ignota, adspectu. De artificio eorum non loquendum, quia propemodum nullum in iisdem deprehendendum. De jure si litigamus, parum praesidii in illo inveniet. Audivimus enim supra, Fridericum placidum, Marchionem Misniae, NB. anno 1454. id demum cudendi nummos aureos à Friderico Imperatore impetrasse, adeoque tunc demum, eum theatrum jam excessissent bracteati. De voluntate diu disputavimus, atque nunc per praecipua secula, quibus in usu fuerunt bracteati, ostendimus, defuisse eandem illorum seculorum hominibus. Si ergo nalli exstiterent, non credo, opus esse, ut credamus, eosdem esse in massam redactos. Quae experientia & recens observatio sit, supra jam diximus, nullus videlicet. Eximia tamen raritatis esse eosdem, faciles largimur, & omnino non minoris, quam phanicia. De cupreis bracteatis (alii sunt ex aere mixto constantes, è quo & grossos novimus conflatos) ingenua est confessio laudati supra Ludovici p. 66: Von welcher letztern Arth (loquitur vero de cupreis & aereis) mir doch keine zu Zanden kommen ist/welche in der Größe und Bildung der silbernen bracteatorum gewesen wäre. Idemque ego profiteri habeo, addens, neque tales unquam conspici posse, quia nullius fuissent usus. Adductus vero p. 134. ab ipso aureus bracteatus antiqui nomen plane non meretur, quia est tenuis lamina, facta de sympario recentioris & superioris seculi sigillo, sive talismano, qualem ipse possideo, nummus vero ipse in Gazophylacio Ducali asservatur.

(1) Nempe p. 19. Nora (1) Quibus addimus, quae legimus in Gestis Dei per Francos p. 96: Dixerunt legationem Constantinopolim, quae vocabulo antiquiori *BYZANTIVM* dicta fuit, unde & adhuc monetam civitatis illius denarios *BYZANTEOS* vocamus.

maniam, Italianque, usuales; secutos hos esse nummos *augustales*, (t) non æque tamen notos, & cum primis FLORENOS, hoc est, *Florentinos aureos*, audivimus; hosq; rursus *Rhenanos aureos* (u) & *Vngaricos*, & per universam Germaniam cito currisse pede, equidem semel iterumq; observavimus, sed ne xpo quidē de illis mihi auditum fuit, aut aliis etiam tenus hac lectum, nedum *vola*, nec *vestigium* de iisdem hucusq; deprehensum. Præterea ex supra in medium productis & hoc manifestum reddimus, quod, sicuti *Misnenses Marchiones* monetandi rationem & imprimis *fabricandi grossos* artem è vicina ipsis acceperunt *Bohemia*; (x) ita vicissim iisdem contermini *Moguntini Archiepiscopi*, *Hassiacque Landgravii*, imo & *Comites Mansfeldenses*, eosdem rursus in cudendis suis grossis fuerunt imitati, retinendo ab uno parte *leonem*, *Misnie Marchionatus* non solum, sed & *Land-*

(t) Chronicon *Richardi de S. Germano*, ad annum 1231: *Nummi aurei, qui augustales vocantur, de mandato Imperatoris in utraque Sicilia, Brundusii & Messana cuduntur.* Et infra: *Thomas de Pando novam monetam auri, que Augustalis dicitur, ad S. Germanum detulit, distribuendam -- ut quilibet nummus aureus recipiatur & expendatur pro quarta unciæ -- annotata figura Augustalis erat, habens ab uno latere caput hominis cum media facie, & in alio aquilam.* Figuram vide in *Du Fresne Glossario* p. 389. *Conf. Goldast. T. I. Conf. Imp. p. 299.*

(u) Supra p. 27. Nota (r) & p. 69. Not. (b)

(x) Primi sine omni dubio in *Bohemia* grossi fuere à *Wenceslao II.* conflati, exhibentes ab una parte *leonem*, circumscriptum: *GROSSI PRAGENSES*; ab altera *coronam*, ac circa eam has literas: *WENZELAVS SECVNDVS*, ac in exteriori circulo: *DEI GRACIA REX BOEMIE.* Nummuli ejusdem minores, quorum 12. grosso valuerunt, in *antica* sistant pariter *coronam*, circumscriptam: *W. REX BOEM.* In postica vero *leonem*, cum perigraphæ: *PARVI PRAGENSES.* Ad hunc modum statim *Fridericus adorsus* grossos cudi fecit hac cum perigraphæ: *FRI. DEI. GRA. TVRIN. LANGR.* In area *crux*, cujus extremitates in *lilia* desinunt; ab altera vero parte: *GROSSVS MARCH. MISNENSIS. Leo gradens Misnicus*; Itemque *nummulos* minores puri argenti, qui circa *crucem* ostentant literas: *FRID. TVR. LAGRAVI.* Circa *leonem* vero: *PARVI MISNENSES.* porro & *Marchionum* grossi dicti fuere *lati*, (*breite Groschen*) quos anno 1350. in usu fuisse, acta publica testantur, referente *Sagitt.* ibidem; perinde ac illi, testibus *Annalibus Silesiacis & Godofr. Rhoni* exercitatione historica de *Johanneis Vratislaviensibus* p. 2: *latus Groschen.* Interim, ut ad propositum redeamus, primus nobis grossos dedit *Wenceslaus II.* teste *Bohuslao Balbino*, (Epist. Hist. Bohem. L. III. c. 16. p. 206.) : *Wenceslao, Regi novo, primum operum publicorum moneta, que sub Otone Brandenburgica multum bonitatis amiserat, correctio fuit. Novam ipse ex probatiss-*

Landgraviatus Thuringiae consuetum *δαιγμα*; ab altera vero *cruce*,
(y) quam immediate à Gallorum grossis, sive *Turonibus*, mutua-
tos fuisse, prorsus persuademur. Perpendimus *moneta Thuringica*
&

tissimo argenteo procudi iussit cum totius Germaniae commendatione. Hinc illa antiqua Bohemorum grossorum auctoritas, qua Reges nostri & universa Bohemia gloriari solebat, ut prope Germania Principes ad Bohemicam monetam conformarent suam, & quod ex literis antiquis constare potest, ad Pragensium grossorum valorem aestimarent omnia. Idem & testatur Dabrovius, Lib. XVIII. Historia Bohemicae f. 150. Neque omittendum censet Wenceslaus Hagecium, in suo Chronico de hoc negotio p. 360. (editionis 1596.) ita differenter: Wenceslaus sagte wieder seine Ráthe/durch dieses Mittel würde das Fürstenthum Böhmen in Verderb gerathen, als Bolislaus vor 301. Jahren gesagt: Wenn der Fürste seine Unterthanen mit vielfältiger Steuer und Auflagen beschweren und die Münze geringer würde. Derwegen sehe ichs vor nothwendig an, daß unsere Böhmishe Münz auch besser egradiret / und derselben an Korn etwas zugegeben würde. Als sich die Ráthe solches gefallen ließen, sandte der König unverzüglich nach Florenz, und ließ sich von dannen sechs wohl-erfahrene Münzer und Probierer holen / dieselben hieß er einen neuen guten silbernen Groschen / ohn allen Zusatz / mit einem Urte, nemlich: WENCESLAUS SECVNDVS REX BOHEMIAE schlagen. Er ließ auch silberne Scler schlagen, deren 12. einen solchen Groschen gegolten. Dieses war in Böhmen dazumal die allerbeste Münze. Das Volk, arm und reich, und besonders die Handelsleute waren dessen sehr erfreuet. Aber diese Münze war nach des Königs Wenceslai Tod mit dem Kupfer sehr geringert / dadurch denn die silberne Münze sehr in die Erden und sonstien verborgen worden. Rechte proinde Siffridus Misnensis ad annum 1296. (edit. Pistorianae p. 701.) Eodem tempore grossi Pragenses denarii initium caperunt sub Rege Wenceslao II. Erratq; valde Til. Frisius, qui p. 120, in Spec. monetario à Carolo I. primos grossos Bohemiae cufos asserit. Novi equidem, quid objiciat M. Godefridus Deverdeckius in Silesia sua Numismatica p. 110: Ungeschürte Münzen sind unverwerfliche Zeugen, daß längst vor Wenceslao II. Könige in Böhmen/der a. 1302. allererst silbern Geld soll haben prägen lassen, gute Silber-Münze und Groschen/dergleichen alle angezogene Nummi sind, in Böhmen gangbar gewesen. Sed nobis sermo non est de nummis, sive ut rectius eosdem nominemus, solidis Bohemicis, sed de grossis, qui & quantitate & qualitate ab illis differabant.

- (y) Hanc, uti tyronibus in re numismatica est notissimum, in primis Imperatorum Christianorum conspicimus nummis; ab iisdem mutuati sunt Reges Franciae, Clodoveus, Theodericus, Theodericus, Clotharius, Charibertus, Meroveus, Sigebertus I. Childebertus II. Dagobertus II. Carolus M. Ludovicus Pius & sequentes. Fabulam hinc sapiunt, quae refert Frisius p. 151: Derwegen, wie auch D. Gabriel Ziel anzeigt, von Alters hero die Kayser, Fürsten und Herren des Heiligen Creuzes Bildnis darcin geschlagen, daß dieselben sollten zum Zeugnis stehen und seyn, daß solche Münze an innerlichen Schrot und Korn recht und nicht falsch befunden werden soll. Quando vero Paulus Martinus Sagittarius Dissert. III. de Nummis Saxonis, in quatuor crucis angulis literas: VRBC extare autumat, impense errat, dum in omnibus vox CRVX potius legatur.

& imprimis *grossorum* à priori bonitate declinationem, quatenus illa, perinde ac in aliis regnis, licet ab initio *fortis & alba moneta*, & præcipue *Friderici admorfi & strenui* temporibus fuerit, postmodum tamen *nigra*, uti olim audiebat, hoc est, ærea sensim subinde etiam facta fuerit. Non omisimus ostendere, qua ratione sub initium *seculi decimi quinti*, multisque annis adhuc post, *marca argenti*, magis adhuc cupro mixta, fuerit pededentim usu recepta; *centumque* talium *marcarum* sors, decem; *viginti*, duas; *quinque*, semimarcam; *una* marca, semunciam; *duodecim cum dimidia librarum denariorum*, viginti quatuor solidos & semisolidum denariorum; *decem sexagenæ grossorum* usualium, unam; *sexagenæ grossorum*, solidum denariorum; *centum & viginti sexagenæ grossorum*, octoginta novem solidos denariorum cum duobus denariis; *ducenti floreni aurei*, viginti; *centum*, decem; *quingenta*, marcam; vel $2\frac{1}{2}$ libras & $2\frac{1}{2}$ solidos denariorum; *30. aurei*, 28. solidos denariorum; *25. aurei*, 29. solidos & 3. denarios; *sedecim aurei*, 12. solidos; *decemque* unum aureum usuram dederint; Sed opus est, ut attendas simul, L. B. ad annos à nobis semper indicatos, quibus valor ita horundem viguit. Vidimus, *quatuor sexagenas* anno 1407. non exacte respondisse *marcæ argenti mixti*, cum tamen *sexagenæ grossorum primorum* marcæ æquaverit; eodemque anno *viginti sexagenas grossorum* æquiparatam esse *quinque marcis argenti mixti*; solidos denariorum in annum 1440. & longe diutius viguisse. Contemplati sumus, qui, quot, quo ordine *grossi & nummi minores*, tum in hac ipsa urbe, tum alibi per *Misniam Thuringiamque* fuerint conflati. Monuimus, cum *metallifodina Fribergenses* ab anno 1410. post divisionem provinciarum, communes manserint, *frequentissimam* ex illo tempore fieri mentionem *grossorum Fribergensium*; & quam *nummorum Gothanorum* percussione *Merlenius* ad annum 1409. refert, hanc ad annum 1410. diplomatibus comprobata quoque dedimus. Consideravimus, qua ratione non solum à *Friderico* gravi anno 1330. atque à *Balthasare*, (z) anno 1386; sed & à *Friderico Simplici* a. 1416. denuoque anno 1429. in fe-

(z) Sagitt, H, G. p. 415.

sequentes undecim annos, (a) adeoque usque in an. 1440. *Senatui & Civitati Gothanæ officina monetaria* pro certo tributo monetario (*Schlesge-Schas*) fuerit tum elocata, tum oppignorata; indeque per triginta & ultra annos continuo operæ ferbuerint monetariæ; illique *Grimmensteinii cum duabus coronis* reperti ex iis fuerint, quos hic *Gothæ* intra hos annos ab anno sc. 1409. usque 1440. conflatos novimus; præsertim cum ocularis testetur conspectus, à diversis *Marchionibus* diversiq; tempore eosdem fuisse percusos. Percepimus, unde fuerit, quod semper voces *typi, ponderis, bonitatis & valoris Gothani* (*Zeichens, Gewichtes/ Wisse und Wehre*) singulis semper contractibus suis adjicere olim consueverint; sique *marca* nominatur, siue *pura*, siue *mixta*, nulla significetur alia, quam illa, quæ *Gothæ & Erfurti* diu jam fuit communis, *Coloniensis* scilicet. Observavimus, *Alberti, Imperatoris*, circa *monetam reformandam* institutum dedisse sine dubio occasionem *Friderico* bellicoso & *Wilhelmo* forti, *Marchionibus*, de sua pariter in meliorem statum restituenda cogitandi serius, morte præprimis *Friderici Simplicis* interveniente, cujus conniventia cumprimis factum erat, ut *cujusvis provincie & Principis nummi ditiones* hæc irrepsent; & quamvis ab anno 1444. quo cœpit maxime mutari moneta nostra, non statim in totum antiqua per *solidos denariorum* computandi ratio potuerit abrogari, quod tamen existimavit *Tentzelius*, (b) sensim tamen & aliquot annis post id factum est, grossis nempe pededentim *provincias* has occupantibus, & ob *bonitatem internam* omnibus earum incolis valde ab initio sese probantibus, acceptissimisque, postea vero singulis propemodum annis ab ea degenerantibus; minimum *Wilhelmum, Landgravium*, felix hujusdem rei fecisse auspiciam, procudendo anno 1440. grossos cum *capite Judæi pileato*. Didicimus denique ex *Wilhelmi* consultatione, & quod toties quoque nobis inculcat *Frisius*, *aurei valorem* non aliunde

(a) Sagitt, H. G. p. 16.

(b) S. II. p. 36. 37: Potro ex notitiis à me prolatis manifestum est, usum appellationemque *solidi denariorum* (*Schilling, Pfennige*) apud Gothanos per omnem vitam *Friderici Simplicis* ad annum 1440. durasse.

unde fuisse *auctum*, quam ex sæpius, iterumque repetita devaluatione (ut termino artis utamur) *monetæ minoris usualis*; id enim antea haud fuisse observatum, cum *grossorum* primitus *viginti* valerent *aureo Rhenano*, (als eine Ober-Wehre) iique penderent unciam; nec restitui quoque posse rem monetariam ante, quam grossi ad hunc veluti primigenium reducti iterum fuerint valorem.

§. LXIII. Addimus, veluti *ἐπιπέρας* loco, hujusdem urbis *Monetarios*, cum videamus, eosdem tum à *C. Sagittario*, tum à *W.E. Tentzelio* in ordinem non coactos, quoad equidem isti nobis ex *diplomatibus* hactenus innotuerunt. Atque sic primum offendimus *GERBOTONEM*, *Henrici illustris* Monetarium, hujusque filium *HARTVNGVM*, *Scabinum Gothanum*, annis 1253. 1258; (c) *GVNTHERVM WILLEKOMIVM*, *Henrici* itidem *illustris* Monetarium & *Scabinum* heic loci, annis 1271. 1275. 1280. 1284. 1285. 1287; (d) *VOLMARVM WILLEKOMIVM*, (sive, ut alias in diplomatibus audit, *BENEVENIATIS*) *Henrici* non minus *illustris* Monetarium & *Scabinum Gothanum*, annis 1271. 1273. 1275. 1280. 1285. (e) *HEINRICVM*, *Henrici illustris* rursus Monetarium, ac *civem Gothanum*, anno 1286. (ee) *VOLMARVM IVNIOREM*, sine dubio *WILLEKOMIVM*, *Henrici illustris* pariter ac *Alberti degeneris* Monetarium ac *civem Gothanum* annis 1285. 1286. 1291. (f) *GVNTHERVM*, *Alberti, Landgravii*, Monetarium, annis 1291. 1312. (g) *DITHMARVM*, *Alberti degeneris* rursus Monetarium & *Senatorem Gothanum*, anno 1302; (h) *LVDOVICVM*, *Friderici admorfi* Moneta-

(c) Sagitt. H. G. p. 373. 390. Priori loco male eundem Sagittarius vocat *Hartungum Gerbotone*.

(d) Sagitt. H. G. p. 74. 86. 96. 90. 56. Tentzel. S. II. Goth. p. 48. Hancque *Willekomianam* familiam Gothæ olim percelebrem laudat C. Sagitt. H. G. p. 396.

(e) Sagitt. l. c. p. 392. 393. 79. 56. 93. Tentzel. S. II. G. p. 48. Hic ipse vero *Volmarus* non solum frater fuit *Gumtheri*, supra dicti monetarii, sed & *Hermani*, teste Sagittario loc. cit. p. 74. 86.

(ee) Sagitt. H. G. p. 92. 374.

(f) Sagitt. l. c. p. 92. 374. 93.

(g) Ibid. p. 93. 156.

(h) Quo anno laudantur filij ejus *Eckehartus*, Plebanus Ecclesiæ Mariæ in Gotha, & *Hermannus*, Sacerdos, senior 1312. Sagitt. l. c. p. 105. 106. 379.

netarium, anno 1316; (i) GVNTHERVM, *Friderici Gravisi* Monetarium & *Senatorem Gothanum*, anno 1343; (k) HERMANNVM, *Friderici strenui, Balthasaris & Wilhelmi* Monetarium & *Senatorem* itidem *Gothanum*, anno 1357; (l) JOHANNEM ERHARDVM, *Friderici Simplicis, Friderici Placidi, & Wilhelmi III.* Monetarium anno 1452. (m) HENRICVM MARTERSTECKIVM, *Wilhelmi Ducis* denique Monetarium & *Senatorem Gothanum.* (n) Ex quibus hoc elucet, antiquitus & præprimis *Henrici illustris* temporibus, dum duo tresque simul ipsi fuere *Monetarii*, multum argenti typarios heic ejusdem subuisse; honoratosque semper fuisse viros, quando eos in *Scabinorum Senatorumque* legimus numero; negareq; vero quis nunc audebit, per *quatuor & dimidium secula* GOTHAM nobis continua veluti ferie dedisse nummos?

§. LXIV. Sed quid, ut ad *figuram* eorum tandem deveniamus, *duabus coronis* in iis conspiciendis faciamus? Fateor, *insolitam* prorsus eandem in *nummis*, præsertim *Thuringicis* esse *figuram*, cujus consideratio nunc ex promisso instituenda. Alios proinde ea ad *regna* abduxit; alii de *regimine* istam interpretantur, vi convenientiæ cum *nummis* aliis. Atque huc referunt *par egregium* nummorum minorum *bracteatorum corona* conspicuum, *Wilhelmi* scilicet *Landgravi, civitatisque Sinalcaldensis.* Prior, qui *Wilhelmi III. Thuringie Landgravi Marchionisque Misnie,* nummus, *coronam* offert cum litera S sub ea transversim posita, (∞) circumscriptam totidem literis: WILH. h. e. *Wilhelmi*, claro, dicentes, indicio, eandem *post divisionem terrarum cum fratre, Friderico placido,* institutam,

O 3

susce-

(i) Sagitt. H. G. p. 156.

(k) Hujus filius fuit *Hermannus*; gener vero *Guntherus de Schwabehusen.* Sagitt. H. G. p. 381.

(l) Sagitt. H. G. p. 381. ubi vocatur *Hermannus Münzmeister.*

(m) Tentzel. S. II. G. p. 684. ubi vocatur *Jans Erhard/ unser Münzmeister zu Gotha.*

(n) Aut *Burchardi Martersteckii*, qui *Salfeldiæ* egit præfectum monetarium ao. 1448; (Vide Sched. meum de Nummis Salfeld. Lit. H. 4.) aut *Johannis Martersteckii*, Senatoris Gothani a. 1444. filius; qui anno 1491. è vivis excessit. Ejus uxor *Catharina.* Filium reliquit *Philippum Martersteckium* p. 383. Ao. 1463. *Vinariz* egit monetarium. Sag. p. 162. 163. Vocatur postea *Kathmann und unser gnedigen Herrn von Sachsen Münzmeister.* Sagitt. H. G. p. 61; Tentz. S. II. G. p. 627.

susceptum in se regimen designare, & illum *Gothæ* post illos, in quibus *duæ coronæ* deprehenduntur, adeoque post annum 1445. fuisse *cu- sum*. Sunt etiam, qui putant, eum forte oblatum *Wilhelmo* anno 1457. à *Bohemiæ Proceribus* *regnum* designare; sed cur *Fridericus*, frater, *regimen* suum etiam *corona* non designavit? qui tamen etiam suam gubernavit provinciam? Dehinc istud, quod recusavit, & nunquam consecutus est, nummis tradere voluisse, ut asseramus, ævi istius non admittit simplicitas. Alter interim *nummus* non minus *corona* coruscat, *litera S* pariter infra illam transversim viden- da, sed *literæ impressæ*: SMALD. de alio plane testantur percus- sionis loco, quem *SMALCALDIAM* auguramur, quicquid etiam *diversæ* explicationis (o) alii ex illo eliciant, extorqueantque, illa dominium sui Principis in se, aut, quod nobis verò accedens prop- ius videtur, Principe in eodem partem suorum insignium expo- nente publice, *coronam* scilicet in *galea Thuringica*, olim hodieque conspicuam. Ut adeo persuadeamur, *superiorem* cum literis: WILH. perinde ac *hunc*, (cum *eadem sit* in utroque *corona*, idemque *litera S* infra transversim positus,) à *Wilhelmo*, *Smalcaldia*, quod *litera S* infra indicat, fuisse conflatum. Stante ergo superiori hypothesi, nihil nunc aliud in *nummis* *Gothanis binæ* istæ denotabunt *coronæ*, (quas tamen forte rectius *ornamenta Principum*, vel *mitras Ducales* pro ruditate seculi & sculptorum, istas à coronis arte sua distin- guere ignorantium, ita efformatas, appellare licebit) quam *simul- taneum & conjunctum duorum, vel plurium Fratrum Principum re- gimen*.

§. LXV. Sed, si locus esset isti interpretationi, consulenda nunc veniret Urbis hujus historia, atque dispiciendum, quoties tali gavisa ista fuerit imperio. Deprehendimus vero id facientes, quod alii præter *Friderici Placidi & Wilhelmi*, fratrum, imperio *mi- nores*

(o) Volunt nempe indigitari: Sigismundus MArchio, Landgravius Duringiæ; sed hanc inter- pretationem locum non invenire, alibi dicam, solum heic moneamus, quod *literæ* distinc- tionibus, sive punctis, careant, hanc interpretationem admitti non posse.

nores & recentiores illi vix adscribi queant commode, quippe quod ab anno 1440. ad annum 1445. perduravit simultaneum.

§. LXVI. Neque sic difficilis expeditu res esset cum antiquioribus *denariis Gothensibus*. Nam *Fridericum admorsum* non solum cum Fratre, *Theodorico*, aliquot annis conjunctim rexisse Thuringiam, ex privilegiis, quæ tum *Albertus*, (p) tum *Theodericus* ibidem promiscue & subditis & monasteriis indulserunt, discimus, sed & *Friderico Gravi* anno 1349. Pegavia mortuo, *Fridericus Strenuus* filius, suo ac impuberum fratrum, *Balthasaris* scilicet & *Wilhelmi*, adeoque *communi* nomine, uti toti Thuringiæ, sic & *Gothæ*; imperavit; ipso vero.ao. 1381. è vivis per mortem sublato, *communi* iterum regimine Thuringia, ac cum hac *Gotha* fuit gubernata à Filiorum triga, *Friderico Bellicoso*, *Wilhelmo II.* & *Georgio*, in annum usq; sequentem, quo facta inter illos & patruos, *Balthasarem* scilicet & *Wilhelmum I.* divisione, *Balthasar*, Landgravius, solus demum plenam Thuringiæ, simulque *Gothæ*, adiit possessionem, (q) à quo in unicum rursus ejusdem filium, *Fridericum Simplicem* devoluta fuit. *Ernestum* quidem & *Albertum*, fratres, ab anno 1482. ad annum usque 1484. *commune* etiam exercuisse regimen, novimus, sed istud hic non moramur, cum horum nummorum & forma & materia ipsorum ævum non redoleant. Minimum ergo quatuor habemus simultanea regimina, & quid? si forte à *Friderici admorsi* & *Theoderici* temporibus mos iste ita nummos signandi ad propiora usque perduraverit? vel aliorum, Bohemorum scilicet, quibus etiam corona in nummis est, signandi modum sequuti fuerint, quod veteribus insolens haud fuisse, supra audivimus? Sic equidem dubius aliquando hærens, *coronas* illas deduxeram, sed ex illo tempore certiora edoctus, nunc demum dicam, quod sentiam, *iisdem* scilicet nihil aliud, quam *ornamenta Galearum*, in insignibus alias consuetis conspicua, voluisse exprimere.

§. LXVII.

(p) Sagitt. Hist. Goth. pl. p. 393, & passim,

(q) Idem p. 15. seq.

§. LXVII. Enim vero si alios, ut necesse est, heic consulimus, nummos, & imprimis Marchionum nostrorum, Landgraviorumque perlustramus cum cura, inveniemus, cum pro summa sculptorum, tunc temporis insignia conjuncta in nummis arte sua cælare nescientium, imperitia, tum pro more istius seculo proprio ac recepto, unicam saltem semper insignium partem, vel SCVTVM saltem singulare iisdem tribuisse, inculpasseque. Vel enim solus tantum in iis offertur LEO MISNICVS, (r) vel THVRINGICVS, gradiens cum literis: *Henricus* (puta illustris) *Dei Gratia, Misnensis, Orientalis Marchio*; aut his tantummodo: *Henricus, Dei Gratia, Marchio*; aut etiam istis, velut in *Alberti & Friderici* nummo: *Albertus, Fridericus, Dei Gratia, Marchiones Misnenses*; aut cum unica litera E, vel A, *Ernestum Albertumque* designante, ceu in eorum bracteatis minoribus videre est; aut solus LEO absque literis; vel AQVILA tantum in iis comparet, *Palatinatus Saxonie dērypa*; (s) eaque rursus vel absque literis, vel cum

(r) Studio utrumque nominavi, quia neque ex nummis, neque ex sigillis cognosci potest certò, cujus sit figura, eadem quippe in omnibus compareat. Hunc tamen in nummis *Henrici illustris* primum observavi, cum antea sedentes Marchiones vel cum gladiis, vel cum sexillis, vel cum sceptris liliatis, aut in crucem desinentibus in iis offerantur; interim ex illo tempore semper in iis permansit, scilicet in *Fridericorum, Gravis, Srenui, Bellicosi, Placidi, Ernestique ac Alberti grossi*, in quibus tamen & sæpius, præcipue in *Friderici Placidi* suis, utrosque, *Misnensem & Thuringicum*, hunc ab illa, istum ab hac parte intueri licet. In sigillis vero itidem *Henricus illustris*, & quidem ex illo tempore, quo Landgraviatu Thuringia fuit auctus, *primus Leonem Thuringicum scuto suo inseruit*. vide Weck. Chr. Dresd. p. 469. à quo tempore Illustriss. descendentium suorum omnium *deiquara* eodem superbire cognovi. Hoc autem hic adhuc addi meretur, ante *Fridericum Balbum*, qui unum in vexillo, alterum in scuto prætulit leones, neminem binos simul in sigillo suo exhibuisse, quem dehinc *Fridericus admosus & Theodericus fratres, & Fridericus Gravis* secuti, donec *Balthasar* quatuor eorum in suo sisteret sigillo, numero hoc à reliquis ad ternarium plurimum redactò; coronatos vero leones in *Dizmanni*, dehinc *Friderici Srenui* primum videri.

(s) Hoc scutum primum in *Friderici Balbi* sigillo a. 1278. & 1289. usurpato offendi, in quo, cum equitans & habitu in torneamentis consueto compareat, istud tegumento equi circa pectus suffixum est, hac cum perigraphæ: S. FRIDERICI DEI GRATIA MISNENSIS ORIENTALIS ET DE LANDESBERG MARCHIONIS. Dehinc ejusdem usus apud sequentes *Marchiones* usque ad *Wilhelmi* divitis tempora cessavit, qui eidem in suo sigillo minori anno 1410. & 1417. tertium post *leonem Misnicum & Thuringicum* assignavit locum, quarto *Landesbergenfi* relicto, literisque his circa illud legendis: S. WILHELMI LATVII TVRIGIE MARCHIO. MISNENS. Hunc secutus est *Fridericus Bellicosus* in suo, quo anno 1420. usus est

cum hisce: *Henricus, Dei Gratia, Misnensis, Orientalis Marchio*; vel denique solum *scutum LANDSBERGENSE*, duobus palis, five trabibus, secundum longitudinem collocatis, constans; (t) idque iterum vel

est sigillo, ubi in area *sub equo* istud conspicitur, literis his circa insculptis: S. FRIDERICI DEI GRATIA THVRINGIE LANDGVII MARCHIONIS MISNEN; huncq; iterum *Fridericus placidus*, tum in eo, quod ipsi fuit, dum *communes adhuc ei cum fratre* essent provinciarum, quarto eidem iterum post *gladios Electorales ac utrosq; Leones*, Thuringicum scilicet & Misnicum, loco concessio, Saxonico vero, *ruta* nempe in medio posito, his circa literis: S. FRIDERICI DVCS SAXONIE THVRINGIE LANTGRAVII ET MARCHIONIS MISNEN; tum in illo, quod *Majestatis* tunc appellatur *sigillum*, ubi illud *sub anterioribus equi pedibus*, locum accepit. Vid. Weck, Chr. Dresd. pag. 22. In hujus vero filii Alberti A. 1499. id post *utrosque Leones* ordinatum est, *ruta* in medio constituta, cum literis: S. ALBERTI, DVC. SAXONIE LANDGRAFFII TVRINGIE MARCHIONIS MISNENSIS. In Georgii Ducis signo, an. 1515. sculpro, juxta utrosque Leones, & *Landsbergense* alterum est à dextro *latere*, medium occupante *Ruta*. Vid. Weck: Chr. Dresd. p. 477. in *Mauritii primum* in *secundo ordine* invenitur. Conf. Weck. p. 480. in *Augusti* vero *ordine tertium* visitur in peripheria, inter literas collocatum plenum ipsius titulum referentes; Hodie in *Electoralibus insignibus tertii ordinis* primum est, & si pingitur, *aquila* est *expansa aurea, coronata; insignis* in *parma carulea*, quamvis, quod obiter addo, neque in *nummis* neque in *sigillis antiquis coronata ista* unquam conspicitur. Conf. Spen. Part. I. Her. p. 15. 16. Sibmach. Lib. Insign. P. I. p. 222. In *nummis* vero ab *Henrici illustris* temporibus illam non videre contigit usque ad *Alberti, Friderici & Johannis*, ubi sum in *thalericis* tum *semithalericis* ac *nummis molaribus* iterum occurrit: in *thalericis* vel in peripheria unius partis loco *infimo*, vel in scuto in quatuor areas *diviso, secundo* loco ipsi dicato; in *semithalericis* vero & *molaribus*, annis 1498. 1499. 1500. cusis in peripheria unius partis vel *medium*, vel in scuto *quinque* partito *alterum* ordine eandem occupante locum.

(1) Hoc omnium antiquissimum esse, quod *Marchiones Misnenses* nostri in *sigillis* prætulere, clarissime asserunt sigilla ipsorum & præpomis *Theoderici afflicti* annis 1200. & 1214. ejusdemq; filii, *Henrici illustris* anno 1240. usurpata, in quibus *equitantes capitibus nudis* obveniunt, dextris vexilla, sinistris scuta ferentes, in quibus *Landsbergensta ista insignia* emicant, illo: THEODERICVS. DI. GRA. MARCHIO MISN. ET ORIENT; hoc vero: HEINRICVS DI. GRA. MISNENSIS ET ORIENT. MARCHIO, circumscripto. Et ex illo tempore, quoad ego quidem scio, in nullo apparet amplius usque in *Friderici Strenui* sigillo annis 1352. 1365. ubi *ante ipsum*, habitu in ludis equestribus consueto equitantem, super *equi caput* in area visitur. V. Chronic. Cygn. Schmidii p. 170. ubi tamen notes, dextrorsum ibidem *Marchionem* debere equitare, uti *à dorso* me docuit. In *Balthasaris* vero anno 1404. *supra equi dorsum*, inque ejus *minori*, quo ipse anno 1365. usus, circumscriptoque: BALTHASAR. MARCHIO M. post *tres Leones quartam* accepit *parmulam*. Conf. Schmid. Chron. Cygn. 170. ubi iterum *leones dextrorsum gradientes* exhiberi debuissent, vitio forte sculptoris, & accuratius *literarum ductus antiquior* observari; in *Wilhelmi Coelitis* majori itidem a. 1404. *usurpato pectori equi*; in *Friderici bellicosi* an. 1404. *supra caput equi* in area est additum. In *Fri-*

vel plane *absque literis*, vel saltem hifce: LAND, *Landsbergensem* scilicet nummum, perinde ac supra: SMALD. *Smalcaldensem*, indicantibus; vel eminente supra *illud leone*, in nummis minoribus bracteatis, vel *leone eidem ad dextrum latus juncto*, in nummis *Ernesti & Alberti*, vel *gladiis Electoral. ad sinistrum*, in *Friderici & Alberti*, itemq; *Frid. Geor. & Johannis*. §. LXVIII.

derici placidi an. 1420. usurpato *supra equi dorsum* cernitur; in *Wilhelmi* divitis vero minori, quo a. 1410. & 1417. obfignavit literas, post utrosque leones & *Landsbergensi quartus* in scuto datus est locus, apice *Wettinensi*, *herma* scilicet *virili*, eidem imposito. Conf. Weck, Chron. Dresd. p. 242. In *Friderici placidi* demum, quo in communiione Provinciarum adhuc usus est anno 1445. infimum locum inter *Saxonicum*, *Rutam* nempe, *Leonem Misicium* & *Thuringicum* fortitum est spatium, atque ab illo tempore in *sigillis Ducum Saxonie constantissime* fuit retentum, hodieque in *quarta serie Electoral.* Insignium *tertia* est *parmula*. Vid. Spener, Part. I. p. 15. Conf. de ejus significatione Spangenb. Spec. Nobilit. P. II. L. 12. c. 46. p. m. 335. Nummos ceterum quod concernit, minimi, ut supra indicavi, sunt moduli, vel *sine literis*, vel cum *his*: LAND, hujusque formæ. Sed cui *Marchioni* sint assignandi, hoc forte non facile divinaveris. Si *denominationem* attendas, nemini forte rectius, quam *Theoderico V. pingui*, *Henrici Illustris filio*, quippe qui *ultimus hoc axiomate*, ex patris indulgentia, usus est, & exinde in sigillo hanc etiam præfert perigraphen: S. FRIDERICI DEI GRACIA MARCHIONIS DE LANDSBERG. Si vero *Weckium* hic audire velis, illi ad *Otonis divitis & Henrici Illustris* tempora forent rejiciendi. Sic vero ille de exstructione pontis Dres-



denfis: Cum altera vice *pons iste ex fundamento* excitaretur ab *Ottone* divite ex *largis Metallifodinarum Fribergensium* proventibus, opus illud stupendum anno 1173. inceptum, & sub *Henrico Illustri* confectum, constitisse 168000. florenis, vel potius *sexagenis*, mercenario tamen *singulis diebus non plus quam tantum uno erogato nummo*, quorum aliqui *Landsbergensibus insignibus fuerint signati*, *puro alias constantes argento*. Verba ejus sunt: Die *Münze*, oder *Pfennige*, aber, so damals, wie erwehnet, zu *Lohne* gegeben worden, und *allhier noch särgezeuget* / auch die *Bräcken Pfennige* genennet werden, haben zum *Theil* im *Gepräge* das *Landsbergische Wapen*, und sind am *halte* von *gutem Silber* ohne *einzigem Zusatz*, und *ganz dünne* als ein *starker Lahn*, dahero denn ein *solcher Pfennig* nach der *jetzigen Reichs Valvation* bey nahe 4. *Churfürstl. Sächs. Pfennige* / deren 12. einen *guten Groschen* machen / *würdig* ist. Sed si non certior *temporis ac sumtuum* est *calculus*, parum *fidei* merebitur hæc *Radebergensis* *relatio*. Nam tunc *temporis* neque ad *florenos*, neque ad *sexagenas*, (quæ *Weckii* est *correctio*) *instituisse* *computationem*, in *confesso* est, & *supra* ad *satietatem* usque *inulcavimus*, sed ad *libras* potius ac *marcas*. Taceo, *ejusmodi minorem monetam* tunc plane non *fuisse* in *usu*. Et *quæso*, unde certo *constare* posset, quod *præcise* *hac figura nummi*, *mercedis loco*, fuerint *soluti*? *Rectius* dixeris, eos forte à *ponte* eam *ob rationem* nomen *fuisse* *sorritos*, quod *selonei* loco *pontis Præfecto* fuerint *soluti*, *minori & commodiori* tunc non *existentis* *pecunia*. Si *dicendum*, quod *res est*, illi, *meo* *judicio*, *longe* sunt

§. LXVIII. Quomodo vero *SCVTA* singulariter in nummis semper exstare voluerunt; ita parili ratione & *ORNAMENTA* ipsorum, *GALEAM* scilicet, & *APICEM* in iis seorsim signarunt. De *GALLA* res certa est, quippe quæ eadem prorsus in nummis *Henrici illustris* ac in sigillis ejusdem, figura, aut plane absque literis, aut cum sequentibus occurrit: *Henricus Dei Gratia Misnensis Orientalis Marchio*, aut, quod supra me monuisse memini, his saltem: *Moneta Nova*, bis iisdem vocibus repetitis. Sic *APICEM*, qui est herma virilis, acuminato pileo, pennis pavoninis ornato, tectus, nemo pariter in nummis negabit, aut vocabit in dubium, nisi qui aut nunquam *Misnenses* inspexit, aut visu laborat. Nam hic ipse non solum in *Friderici*

P 2

Mar-

sunt recentiores, cuique *Friderici simplicis*, *Balthasaris filii*, ævo, qui anno 1440, ad plures abiit, aut mox post ejus mortem, à *Friderico placido* & *Wilhelmo* rem monetariam in meliorem statum commutantibus, quamvis prius mallem. Adstipulatur mihi *Fabricius Lib. 7. Orig. Sax. p. 754.* scribens, *Friderici negligentia omne genus minus proborum nummorum in hæc provincias importatum fuisse.* Et hujus figura nummus, quod *ὄς ἐν παγῶδῃ* addere forte non injucundum erit, etiam anno 1688, *Gotha*, in cujusdam *Monachi* cranio è terra effosso cum alio *minori Erfurtensi ejusdem plane ætatis*, quod bene attendendum, repertus est, tuæque temporis à sæpius mihi laudato *Dn. Tentzeli* Jenam *D. Sagittario* transmissus, à quo mihi ejusdem copia fuit facta. Si quid ergo dandum conjecturis, ille sine dubio à superstitiosis fraterculis ipsius ori, nauti loco, erit inditus; quale quid & *Lipise* anno 1666, fuisse observatum, & ad Excellentiss. *Jenensium Machaonem*, *Dn. G. W. Wedelium* à *D. Ehrenfrido Hagendorffio* anno 1679, die 4, Martii perscriptum, ex benevola laudati *Dn. Sagittarii* communicatione, probe memini. Nempe cum civis quidam opulentior in cœmeterio ibidem prope templum, *D. Paulo* sacrum, olimque *Clericorum* sepulturæ destinatum, monumentum sibi extrui curaret, fossiores cryptæ parandæ ergo terram effodientes, forte ibidem duo *crania humana* inveniant, quibus remotis & duos oculos, in quibus *nummi laminares*, *Episcopi* *gentes* figuram, offendunt. Confer, quæ *Kirchmannus* de funeribus Roman. ex *Elia Vineto* in *Annot. ad Epist. II.* refert de *tenui bractea*, quæ *Varisi* corpori humano, arca plumbea incluso, fuit indita, cui hæc 7. vocales inscriptæ: *A E H I O T Ω*, & per 7. lineas diversimode variatæ ac dispositæ. Observavit eadem quoque *Christoph. Haviknochius* in *Dissertationibus selectis de variis rebus Prussicis*, A. 1679, editis, *Dissert. 16. de re nummaria Prussica* §. 1. scribens: *Eo dubio procul referendi sunt illi nummi, quos in sepulchris veterum Prussorum repertos testatur Casparus Schutzius Lib. I. Chron. Pruss. f. 7. b.* Habuerunt eorum nonnulli characteres nobis ignotos, illisque non absimiles, quibus in *Insignibus Vaidewuthi Regis* epigraphæ fuerit expressa. Vide *Dissertat. de Lingua veterum Prussica num. ultimo.* Alii autem *Latinis literis* fuere signati, ut in illis legi possent nomina: *LECIPORVS, CRASSIVRA, CESTIANVS.* Alii denique jam prorsus fuere detriti, ut nulla in illis litera legi possent. Exhibet nobis eorum nummorum figuras in *prima Chronici sui editione Schutzius, qui consulatur.* Adde *M. Theoph. Lehmanni* de *Naulis Daniæ* p. 23.

Marchionis, sine dubio, *placidi*, (quod literæ F. M. ad utrumque latus hermæ fatis clare indicant) *bracteato*, ac circumscripto: LANDSBERGENSES, scilicet Nummi; sed & in aliis visitur, cum literis: YSEN, quæ extra omne dubium *Isenacum* profitentur *urbem eudentem*, quorum duplices infra Tabula IV. afferemus; ac sequioribus etiam temporibus in ipsis grossis, tum *Friderici placidi*, tum *Wilhelmi III.* laudatus *apex* cernitur, quos idpropter de *capite Judæi pileato* (*Groschen mit dem Jüden-Hute*) tunc temporis appellarunt, vulgo *apicem* hunc, pro temporis illius ruditate, ignorante, & falso pro *capite Judæi pileato*, qui tunc talibus cum *pileis* incedere cogebantur, reputante. *Friderici* hanc ex una parte, qua simul scutum cum *Leone Misnico* conspicuum est, superimpositis *Landsbergenfibus* insignibus, referunt perigraphen: *Fridericus DEI GRACIA THVRINGIÆ LANDGRAVIUS*, ex altera: *GROSSVS MARCHIONVM MISNENSIS*; aream interiorem, *herma*, ut dixi, exornante *virili*. *Wilhelmi* vero (*u*) *emblemata* ex utraque parte sunt *eadem*, sicut & alterius inscriptio, modo ut illius, in qua *Leo Misnicus* locum habet, discrepet perigraphæ, ac quidem ita: *Wilhelmus, DEI GRACIA TVRINGIÆ LANtGRAVIUS*, sed de quibus pluribus agendum, ubi cum ad *Cyneos* deventum fuerit. Imo etiam *CORONA*, ex qua *pileus turbinatus* (fasciis aureis & nigris, si pingitur) *sertoque transverso*, *Symbolis Saxonice exaratus*, *desuperque corona* iterum, *orbibusque pavoninis fastigiatus*, eminent, in *bracteato Wilhelmi, Landgravii, Friderici placidi*, fratris, occurrit his circa impressis literis: *Wilhelmus, Dei Gratia Dux Saxonie*; quod *acrostilium* alias *quarta galea Insignium Electoralium Saxonorum*, ut notum est, *inhæret, areæ Saxonice*, præceptis artis *Heraldicæ* sic tradentibus, respondentem; si non est illa

(u) Hos nummos perinde ac reliquorum *Marchionum* supra adductos à *Conrado Marchione* usque ad *Ernestum & Albertum* inclusive numero ultra 200. octo tabulis in forma folii adhuc *Dresdæ* hærens *Illustriss. Haugwitzii* sumptibus multa cum accuratone *eri incidi curavi*, luci *publicæ* aliquando cum *prolixiori eorundem historia à me exponendos*, quæ *tabulæ nuper cum toto Nummophylacio Saxonico in possessionem Serenissimi Vinarieusis Ducis GVILIELMI ERNESTI* fato singulari, faustoque, quod Principe dignissima ipsius curiositas concipere jubet, omne transferunt, Sed plures ex illo tempore mihi innotuerunt, aliquando C. D. illis addendi,

illa corona, quæ *galeæ Thuringicæ* inhæret, cui imposita sunt *cornua* cum baculis foliatis, quod probabilius ducerem, quia à *Wilhelmo* isti proficiſcuntur nummi. Hacque ratione recte ad *Smalcaldenses*, ſive *Schmalcaldie* cuſos nummos referendi ſunt illi cum *litera initiali* urbis *Schmalcaldie* infra ſub corona tranſverſim poſita, quod ſupra jam innumimus.

§. LXIX. Quid ergo impediât, quo minus ſtatuum, *Marchiones Miſniæ* mediæ ævi temporibus, uti in *aliis locis* ditionum ſuarum, monetandi jure præditis, aut *eodem* ab *iis* donatis *CASSIDES*, (quod absque dubio *FRIBERGÆ* factum) *horumque ORNAMENTA*, velut *PILEVM TVRBINATVM VINARIÆ*, itemque *HERMAM VIRILEM* (quod *ISENACI* contigit) in nummis exſtare voluerunt, ita & *GOTHE DVAS CORONAS*, *Miſnicæ ac Thuringicæ Galearum* decora præcipua, perinde ac *SMALCALDIÆ VNICAM CORONAM*, *Thuringicæ caſſidis ornamentum*, per nummos ſuos ſic perennitati commendare placuiſſe, certe non video. Nam ſicut *ipſos iſta inſignia* ſemper præ aliis in *ſigillis ſuis* attendiſſe, certum eſt; ita & *illorum* in *nummis* ſingularem habuiſſe curam, ut credam, inducor facile, penitius conſiderans, *HEINRICVM illuſtrem*, qui *primus*, ut toties audivimus, in hac urbe officinam *inſtituit monetariam*, in imprimendis *nummis ſuis* figuris, præcipue ſine dubio reflexiſſe ad *Miſniam*, *Thuringiamque*, harumque *Galearum* decora, quod *Thuringiam* nempe hæreditatis jure *Miſniæ* nuperrime junxiſſet, adeoq; feliciffimæ hujus *conjunctionis monumentum perpetuum* in *nummis civitatis hujus* ſuæ provinciæ primariæ exſtare ſic voluerit. Ut tamen non diſputem, an *Henrici Illuſtris* temporibus, qui *ſuo* tantum cum *nomine* dedit nummos, aut cum *literis N. N.* jam audiverint *GOTTHANI*; ſed potius reputem, à *Friderici Gravis* demum ævo id moris maxime ibidem obtinuiſſe, diplomatibus cum primis ſupra allatis innixus plurimum, mentionem *denariorum Gothenſium* haud prius tradentibus, minoribus vero ſi non *Balthaſaris*, certe *Friderici ſim-*

plicis temporibus, ut totidem verbis supra audivimus, circa annum 1409. ibidem cufis. Præterea & indubio non uno supra jam ostensum fuit monumento, *Marchiones primum hoc numini genus ibidem cudi fecisse*, & non urbem, adeoque & civitatem cum hisce *coronis* nihil habere commune, nisi quod sciamus, aliquando & ipsum Monetæ teloneum (Schlege-Schaf) Senatui à Principibus pro certa pecuniæ summa quot annis tempore stato ipsis solvenda, fuisse oppignorum: quo ipso tamen illi nihil neque in forma, neque in materia ipsorum immutare licuisse, cognoscit quilibet.

§. LXX. Nondum mittimus *coronas* paulo curatius adhuc investigandas, investigatasque ex obscuro, in quo hæctenus, præter meritum, delituerunt, in paulo clariorem lucem reponendas. Figuram verò ipsorum primum quidem in oculos incurrentem ut multum miremur, necesse non est, quippe quam nos jam diu edocuit Vir hac in arte Excellentiss. P. J. Spenerus (x) unam, scilicet, & *ordinariam, ubi vis obviæ*, nec à *Regum*, aut *Ducum*, aut *Comitum* (secus ac Gallorum attendere consuevit diligentia) abeuntem abluentemque; *Galeis* saltem dictis, ut easdem vindicemus, superesse video.

§. LXXI. Sed *CORONAS* non solum *Ducibus ac Principibus* in genere adjudicat Caspar Lerchius à Dirmstein, (y) scribens: quod olim *Principes Ducesque galeis, velut equites, non usi fuerint in ludis, sed, ut in Henrici Caesaris libro hastiludiorum legere esset, nudo capite CORONA* testos eosdem frequentasse; (inter enim Cron und Kraus) sed & *THVRINGICÆ* galeæ laudatissimus Spenerus cum omnibus, quos in hac arte habuit antecessores, imponit *CORONAM*. (z) *Tertia galea, inqvies, ex qua prominent duo cornua recurvis atque apertis extremitatibus, quorum cornuum latera quini vel quaterni semper utrinque bacilli foliati ornant, CORONAM gestat. Hac equi-*

(x) Part. I. Art. Herald. p. 32.

(y) De ordine equest. Grundveste in. 4. p. 64. Spener, P. I. Oper. Herald. p. 31.

(z) Loc. c. p. 32.

equivalem, si ad figilla simul, ut debemus, excurrimus, primus anno 1262. ac forte prioribus sequentibusque ufusest *ALBERTVS, Thuringie Landgravius*, quatuor tantum bacillis foliatis ornatis cornibus, atque, ut verum fatendum, absque ulla corona in eadem conspicua; (a) eodemque modo & tum in ejusdem filii *Theoderici s. Diezmanni* anno 1279. (b) & 1286. (c) diversis; tum alterius *Henrici exulis* (d) anno 1274. usurpatis signis deprehenditur, in illis & quatuor & quinque, in hoc vero quinque saltem bacillis cornibus decoratis. In *Elisabethæ* dehinc, *Friderici admorfi* conjugis, signo, quo 1323. usa est, illam dextra tenet, sed sex bacillis insignitam, (e) ac ab illo tempore ejus usum cessasse invenio, donec in *Friderici simplicis* tempora, qui primus, quod sciam, eandem coronatam, a. 1404. in suo sigillo prætulit, tribus quamvis tantum bacillis notatis cornibus. (f) Quem, uti in hæreditate provinciarum, sic & hac in parte sequutus est *Fridericus placidus*, antecessores omnes numero additorum cornibus bacillorum supergressus & ad octonarium usque eundem augens numerum. (g) Ex quo tempore primum inter tres Galeas, sequente eam Electorali & Misnica, velut in *Mauritii desyuaris* videre est, locum obtinuit, (h) in hodiernis vero Electoralibus inter octo cassides tertio collocata, (i) ut adeo de *corona THVRINGIÆ GALEÆ* competente nullum plane

(a) Circumscriptum est sigillum: *ALBERTVS. DI. GRA. THVRIGIE LANTGRAVIVS AC SAXONIE COMES PALATIN.*

(b) Hujus talis perigraphæ: *THEODERICVS. THVRINGI. JUNIOR ALB. FIL. LANTGRAVI.*

(c) Circumscriptum est: *THEODERICVS. DEI. GRA. LANTGRAVIVS. TVRIGE. ET. DN. TRE. PLISNEIS.*

(d) Literas has ostendit circa impressas: *S. HEINRICI FILII ALBERTI LANTGRAVII THVRINGIE.*

(e) Hæc circa legitur inscriptio: *S; ELISABETH DEI GRA. THORINGIE LANGGRAVIE ET MISNEN. MARCHI.*

(f) Cujus hæc perigraphæ: *S. FRIDERICI THVRING. LANGGVII. MARCH. MISNE. FILII DNI. BALTH.* Vid. Weck. Chr. Dresd. p. 242.

(g) Quo 1404. obsignavit, inscripto: *S. FRIDERICI DEI GRACIA THVRINGIE LANTGVII ET MARCHIONIS MISNEN.* Vide Weck. p. 297.

(h) Conf. Weck. l.c. p. 480. (i) Vide Spener, P. 1. p. 36.

plane relictum sit dubium, in antiquis æque ac recentioribus sigillis cernenda. Sed de *MISNICA* forte non æque tam expedita res est, quippe quod in ea, quæ vulgo *galea Misnensis* audit, non exstet, quintum hodie in armis Electoralibus locum sortita. Ac ita quidem est, & nostris temporibus herma ille virilis nudæ incumbit cassidi; at bene etiam monet *Excell. Spenerus* galeam hanc potius *Wettinensem* (k) esse, quam veterem *Misnicam*; & cum *Wettinensium Comitum LEO Misnico* locum cesserit, retentum saltim fuisse apicem veterem, ne *Wettinensia* symbola plane abdicata viderentur, ut adeo persvadear, *Galeam Misnensem* antiquiorem, exemplo aliarum Marchionatibus competentium, sua corona olim non fuisse destitutam. Certe *Marchionum Landsbergensium* parmula, quam Marchiones seculis superioribus præcipue semper attendisse, ex sigillis supra ostendi, laudatus *Spenerus* coronam tribuit scribens: *Landsbergia cassis CORONAM IMPOSITAM HABET, supra quam pileus turbinatus, lineisque ad scutariorum palorum modum ductis variegatus, alia imposita corona & PAVONINIS PENNIS SVPERBIT*: quidni ergo & *Misnensi galea* cujus cum apice equidem nullam dedit descriptionem, interim sine dubio illa est, quæ in antiquissimis adhuc superantibus sigillis his subsequenter figuris indicatur.



Atque hic nulla prorsus conspicitur corona, perinde ac in antiquiori Thuringica ante *decimum quintum seculum*, ut supra quoque me

(k) Part. I, p. 34.

me monuisse memini. Quid quod & ipsa sic dicta *Misnensis castis* non solum *absque corona* hac forma, sed & cum eadem *ista figura in*



Balthasaris sigillo seculo jam decimo quarto, anno scilicet 1359. deprehendatur, clarissimo indicio, vel *pro lubitu* additam, vel, ob *lacinias imprimis infra vagantes*, omissam, vel *Misnensis* locum quandoque sustinuisse. Hunc *pileum turbinatum* corona & interdum ornatum *Rudolphi*, Saxoniae Ducis, *Insignia* quoque ornasse, de-



scriptio insignium ejus a. 1329. usurpatorum ex *Chartario Dobrilugensi* apud *Tentzelium* Supplem. II. Gothano p. 443. docet, ubi inter alia legas, exhibuisse illa super *galeam pileum*, in cujus cono apparuerit, quasi sit *aggregatio pennarum*; Et jam ante in *Insignibus Alberti*, a. 1197. *galea* comparet in capite *viri* quasi *pileo tecta*, super quem apparet quasi *quedam colligatura pennarum*, & protenditur usque ad *sphaeram superscriptionis*. Luculentius descripta est *Wenceslai*, Electoris Saxoniae, *galea*, cujus *Ingesiegel* / *doran siet man als cynen* / *Man uf eynem Pferde / der eynen Helm usse habe / und dorusse eine Crone / und uz der Crone stehit usgerahit als ein Pusch feddin* &c. Ut adeo & nunc suppetat, quod responderi possit *coronam simplicem in Wilhelmi, Landgravii*, bracteato, cujus supra mentio fuit injecta, admiranti, nihil nempe aliud eadem, quam *primarie sua galea, Thuringica scilicet, ornamentum*, (Thuringia etenim sola ipsi post factam provinciarum divisionem obtigerat,) voluisse exhibere.

§. LXXII. Sunt denique & adhuc alii cum humana facie crispis crinibus decora, nummi, (de quibus infra in *Eisenbergensib.*) in quibus nonnulli: IN GOTA legendum censent, Sed cum multoties mihi illos contemplanti, non nisi hæ in illis occurrerint literæ: TDGOMA eas per: *Theodericus Dei Gratia Orientalis MArchio* interpretari malim, præsertim cum *Theodericus, Friderici adorsi* frater, non solum *hoc titulo*, sed & ipso *hoc capite* crispis crinibus con-

Q

spi-

spicuo, quod quidam *athiopis* augurantur, in sigillo suo *minori*, anno 1300. & quod sciam, primus fuerit usus. (l) Unde vero istud hominis caput in sigillum ipsius pervenerit, de eo alibi dicendi erit locus. Sufficiat mihi cæterum, spicilegium post uberem *Chronici Saggittariani* messem, anfasque simul aliis, qui exactiori patriarum rerum cognitione instructi sunt, majoriqve cum cura easdem tractare habent, dedisse, de iis dispiciendi sollicitius. Hoc scripseram ante quindecim jam annos, sed deprehendi ex illo tempore, non solum laudatum supra *Mellenium*, sed etiam *Tentzelium*, licet ad obtrectandum contradicendumque mihi alias veluti condictum, assensu suo approbasse. Sic vero ille *Mellenius* in literis (m) ad me: *Qua, licet meam juvenilem de bracteato Thuringico sententiam refellant, mihi tamen gratiam potius faciunt, quam injuriam. Fateor enim, jam meliora à Te edoctus, nummum istum lacerum mihi aliisque imposuisse, ut, nescio, quo oculorum fascino, THV quoddam ipsi nunquam inscriptum colligerem, quod potius GOTHÀ, sive GOTHÈ, reddendum fuisset. Neque diffiteor, me aperta satis litera O detrita vestigia ante rō T, hodiernum in hoc nummo meo deprehendere. Gratias tibi itaque magnas habeo, quod me errantem benevole monere, & rectiora docere volueris: lubens enim priorem sententiam retracto, tuisque meridiano Sole clarioribus argumentis cedo, nequaquam mihi pudori ducturus, sicubi occasio feret, publice id profiteri. Hic (Tentzelius) vero in Suppl. II. Gothano p. 38: Conjecturam vero ejus de duabus coronis tam diu approbo, donec alii, si poterunt, nobis ostendant meliorem.*

§. LXXIII. Postquam vero anno 1510. & 1511. Dux *Georgius levem* minusque probam monetam cuperet abolitam, justamque in vici-

(l) Testatur id descriptor diplomatum Dobrilugensium: In dorso (sigilli *Theoderici*) sigillum parvulum adhuc impressum, præferens caput viri, crispas habens pilos, & hic est titulus ejus: SECRE, THE. LVSACIE MARCH. Non ergo hujus capitis origo à *Friderici Strenui* temporibus accersenda est, ut *Nobilissimus G. P. Hönnius* putat in *Chronico Coburgensi Lib. 1. p. 21.* dum præter *Theodericum* avum, etiam *Fridericus* gravis, *Pater Friderici Strenui*, sigillo eodem a. 1345. obsignaverit, capite scilicet *Imperatoris*, vel potius *athiopis*.

(m) Data ultimo Martii 1701. Tentz, S. II. Goth. p. 35,

vicinis etiam Comitibus investam vellet, (n) annisque 1516. (o) 1517. (p) 1518. (q) & sequentibus (r) de moneta reformanda cum vicinis & sylvæ Hercyniæ conterminis Comitibus iterum iterumque fuisset tractatum; eo tandem anno 1521. (s) res rediit, ut in posterum in Saxonis & aliis circumjacentibus ditionibus non alia nisi Saxonica, Magdeburgensis, Stolbergensis, Schwartzburgensis, Mansfeldensis, Erffurtensis, Mulhusinaque acciperetur & redderetur moneta. (t) Factum interim erat tamen, ut anno 1533. rursus non exigua improbæ monetæ copia, Francica scilicet & Rhenana, præsertim hisce oris denuo fuerit illata; hinc opus erat, ut Johannes Fridericus, Elector, publico eandem iterum exterminaret mandato, (u) certæque ab ipso propterea determinarentur civitates, quæ in quaque provincia probando examinarent istos nummos. Hæ in Thuringia ab ipso constituebantur GOTHIA, Jena & Pesnecum, iisque tunc insuper præficiebat Inspectorum nomine Fridericum de Thuna, Felicem de Brandenstein, Sigismundum de Holbach, Nicolaum de Ende, Præfectum Gothanum, Burckardum Hundium, Eberhardum de Tanna, Johannem de Wangenheim, Johannem Oswaldum, Consulem, & Senatium Gothanum, Salsfeldensem & Pesneccensem.

Q 2

S. LXXIII.

- (n) Frisius p. 193. Spangenberg. Chron. Mansf. c. 348. p. 404. Monetarius enim Mansfeldensis, Johannes Daniel, grossos cuderat octo valentes nummos, itemque alios quatuor nummis æstimatos, bracteatosque; illorum grossorum marca $5\frac{1}{2}$ semuncias argenti puri, numero 101; horum vero grossorum marca $4\frac{1}{2}$ semuncias numero 177. continebat.
- (o) Hoc anno Buttedii die 4. Aug. conventus habitus à Consiliariis Saxonis, & aliis, conclusumque, ut Mansfeldenses & Marchici grossi octo valentes nummos non aliter ac pro seipsum accipiantur nummis. Spangenberg. Chron. Mansf. p. 408. a. Frisius p. 129. 193. Conventus quoque hoc anno d. 16. Aug. institutus cum Comitibus Hercyniæ conterminis ob novam monetæ constitutionem. Spangenberg. l. c. p. 409. a.
- (p) Iterum conveniunt de leviori moneta abroganda. Frisius p. 193. Hoc anno 21. grossos Schnerbergenses ordinarie florentino valuisse, adnotavit Tenzelius S. III. p. 710.
- (q) Islebii & Lipsiæ hoc anno iterum congregati, ac in uniformem monetam Comites consensere. Spangenberg. ad h. a. Frisius p. 193.
- (r) Anno scilicet 1521. Frisius p. 193. (s) Frisius p. 193.
- (t) Spangenberg. Chron. Mansf. ad h. a. Frisius p. 193.
- (u) Hæni Chron. Coburg. Ann. p. 153.

§. LXXIII. Mitterem jam Gothanos, & ad Cygneos pergerem, nisi locus officinae monetariae adhuc mihi restaret investigandus. *Historiam Gothanam D. Sagittarii*, illosque, qui alias data opera de rebus Gothanis egerunt, si consulimus, illi ad unum omnes de eo ne *quod* quidem. In subsidium ergo ipsos vocemus nummos, necesse est, omnium optime, sicut antiquiores *Urbem cudentem*, ita paulo recentiores ipsum officinae monetariae destinatum locum nos docturos. Ita vero de illo nummus, qui n. 3. Tabul. II. à nobis repraesentatur, & in *Thesauro Ducali Fridensteiniano* affervatur, nos instruit: DER. ALLER. ERS. PFENIG. BIN. ICH, GEMACHT, UFM. HAVS. GRIMMENSTAIN. DAS. HAB. GV. ACHT, IM 1553. IAR, DARVF KHAIN VZAGT MANN. WAR. ✦ In ejus vero averfa facie ex II. Paralip. xvi. 9. leguntur ista: OCVLI. DNI. CÖTEMPLÄTVR. VNIVERSÄ. TERRÄ. ET PRAEBET. FORTITVDINE. HIS. Q. CORDE. PFECTO CREDVNT IN EVM., subjectis ensibus *Electoralibus* & *Ruta* consveta *Saxonica*, nomineque, ut videtur, ipsius Principis per literas: HHF. hoc est: HERTZOG HANS FRIDERICH expresso. (x) Alterum vero, qui sub n. 4. Tab. II. à nobis producitur, continet *Gazophylacium Saxonicum Vinariense*, has legentium oculis voces offerentem, quæ de eodem officinae monetariae loco testantur: DER. ALLER. ERSTE PFENNIG. BIN. ICH, WORDEN. GEMACHT. VFF. DEM. HAVS. GRIMMENSTAIN. DES. HAB. GVTE. ACHT. IM 1553. IAR. In ejus autem altera parte istas offendimus: MO. NO. IOH. FRID. SEN. DV. SAX. ET. NA. E. Angelumque scutum *Electrale* cum gladiis decussatim positus præ se ferentem. Ambo, ut diximus, & de anno & loco percussio- nis luculentissime testantur, atque ita, ut in admirationem simul Lectorem abripiant, qui potuerit heri, ut *duo diversæ figuræ* & typi nummi possint simul ac uno tempore facti esse in una eademque officina monetaria. Sed facilis erit conciliatio hujus apparentis saltem contradictionis, si primum ad memorialium nummorum, alterum ad consuetum ac usualium nummorum genus, qui vulgo *molares*, vel *Schrekenbergeri* audiunt, referas. Simpliciter *Tentzelianam* heic demiror,

exi-

(x) Confer *Tentzelii Sax. Numism. Tab. 15. p. 204. Supplem. II. Goth. p. 781. 782.*

existimantis in *Historia Saxonica Numismatica* p. 207. & Supplem. III. Goth. p. 781. hos nummos non ab *Electore* fuisse cufos, sed *propria autoritate à Salfeldensi Monetario Grimmensteinium accersito* conflatos, neque *publico usui unquam fuisse destinatos*, sed *inseivisse Monetarii privatis donationibus*; provocantis insuper ad *litteras Joh. Friderici, Electoris, Consiliariorum Numburgi cum Electoralibus congregatorum*, qui hoc responsi ab *Electore* tulissent. Sed quis non multum *proculius* sub eodem latitare animadvertit? *Quis* credet, nisi cui fungus est pro cerebro, *Monetarium cum sociis, jussu Electoris, Grimmensteinium* vocatum *proprio ausu* nummos cudisse? & notabili quidem hac cum inscriptione? quis fidem adhibebit, tales nummos *publica autoritate* (quod forma & inscriptio eorum docet) *conflatos*, privatis destinatos tantum fuisse donationibus ab homine privato, vel quatuor saltem eorum in hac urbe hodie deprehendendos? Cui perfvadebit, *nullius valoris* fuisse eosdem, *qui formam nummi communis (molaris s. Schreckenbergeri) & pondus, & inde manans pretium* habuere? Demulcere potius hac responsione iratum voluere *Electorem*, cui horum nummorum percussio odiose admodum fuerat exposita, tum ob laudatum in iis præsidium, ut fortissimum; tum ob angelum, solos *gladios Electorales* tenentem. Cæterum *Grimmensteinium* arx sine omni dubio ab *Henrico, Landgravio, Friderico II. Cæsari* opposito, tempore belli circa annum 1260. ædificari cœpta, (y) à *Balthasare, Landgravio*, anno 1380. operibus novis aliqvot cincta, (z) aliisque denuo monumentis à *Wilhelmo* anno 1478. aucta, fortiusque anno 1530. à *Johanne, Electore*, per integros undecim annos, templo etiam idpropter cathedrali cum grandiori turri aliisque ædibus dirutis, munita, anno 1547. victo captoque *Electore, Joh. Friderico I.* sua amiserat propugnacula, roboreque suo per tot annos aucto ac confirmato fuerat exutum, dum ejusdem muri quatuor in oris de-
cussatim sibi respondentibus per *Lazarum Svendium, Cæsareanæ*
mi-

Q 3

(y) Vide Sagittar, Hist. Goth. p. 11. & Memorabilia ejusdem p. 10. W. E. Tenzelii Collectio mensr. an. 1689. p. 756. seq.

(z) V. Hist. Goth. p. 39. ex MStis Gothanis.

militiæ Præfectum, diruerentur. (a) *Johannes vero Fridericus* anno 1552. d. 28. Aug. Augustæ ex captivitate iterum dimissus, impetraverat denuo à Cæsare, ut ipsi liceret *Grimmensteiniana* sua reparare *munimenta*, idque fecerat ex illo tempore, consentientibus Statibus provincialibus diæta *Salsfeldensi* convocatis, strenue, optimoque cum successu. (b) Testatur id etiam non solum Elector ipse, anno sequenti 1553. die Mercurii post Festum Visitationis Mariæ scribens: **Über das wir unser Schloß und Haus Grimmenstein, nunmahls/ Gottlob/ wiederum befestiget haben;** (c) sed ipsi *nummi* insuper addunt, *firmum fortissimumque eidem impositum fuisse præsidium*, huicque magnam in divinum auxilium fiduciam. Hinc ipse *Electo*r hoc anno adhuc, ob novos *Alberti Brandenburgensis* & *Henrici Brunsvicensis* tentamina cum filiorum suorum *triga* eo, velut in asylum, ejusdem temporis secesserat. (d) Ex quibus ergo fit manifestissimum, recentiores istos ex officina *monetaria*, quæ tunc vel in ipsa arce *Grimmensteinio* fuit, vel infra *arcem* statim, ubi hodie adhuc conspicitur, & vocatur *die Münze*, & quidem *Monetarii Salsfeldensis*, huc propterea accersiti, opera exiisse, antiquioribus vero in ipsa urbe (e) conflatis.

§. LXXV.

- (a) Vide Bullam Cæsaream apud Hortleder, T. 2. de Cauf. B. G. p. 937. Sleid. L. 24. Dresserum de Urbibus sub nomine Gotha.
- (b) Spangenb. Chron. Sax. c. 2 §. p. m. 680. Confer clausulam Scripti Electoris apud Hortleder, T. II. L. 3. c. 88. ita sonantem: *Ferner haben wir auch gedachten unserm lieben Dheim und Fürsten, Johanss Friedrichen, dem ältern/ Herzogen zu Sachsen, gnädiglich bewilliget, daß er seiner Gelegenheit willen die eingerissene Festung Gotha wieder erbauen/ dieselbe nach seinem besten Gefallen zuriichten und befestigen möge, von uns und sonst allermänniglich daran unverhindert.*
- (c) Sagitt. H. G. p. 33. Præsidarios multos fuisse, colligendum est etiam ex numero horum Concionatorum, qui fuerunt Laurentius Usinger, Joh. Stigelius & Joh. Weidmannus. Sagitt. H. G. p. 52.
- (d) Historia Goth. Sagitt. p. 31.
- (e) Tentz. S. II. G. p. 38. & Suppl. III. p. 781. Sita fuit in *platea salis*, in domo tam à *moneta*, quam à *monocroto* cognominata, proxima illa domui, unde incendium exortum, annoque 1545. incendio consumta fuit. Putatque *Tentzelius*, l.c. p. 781. Electorem a. 1553. renovata arce Gothana, novam in arce erexisse officinam monetariam, cufosque heic integros, dimidios, & *quadrantes* Imperiales, tum duplices simplicesque *Schreckenbergeros*.

§. LXXV. Jungimus nunc hifce illos *nummos*, qui durante obsidione in oppido *GOTHA* typarios subiere. Lippis scilicet notum est ac tonforibus, qua ratione Elector *Augustus*, Cæsaris ac omnium Imperii Ordinum decreto, Augustæ Vindelicorum facto, obreptos à *Johanne Friderico II.* Saxonix Duce, primi filio, ex Imperio proscriptos *Wilhelmum Grumbachium* complicesque suos, media hyeme ao. 1567. urbem Gothanam, ejusdemq; arcem *Grimmensteinum* acri obsidione cinxerit, illiusque deditioe facta, & hanc paulo post sub suam redegerit potestatem. Variæ ergo formæ ac ponderis oppugnationis illius tempore signatos conspeximus *nummos quadrangulares*, & ex argento, præter unum, omnes, quos Germanice *Klippas* vulgo solemus appellare. Horum icones Tabula II. n. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & Tab. III. n. 4. 5. 6. 7. intuentium subjicient oculis. In his nummus n. 6. Tab. II. unicus, ut diximus, est *aureus*, florenum pendens Rhenanum, aliusq; formæ atq; figuræ hætenus nobis non visus celeberrimi *Fridensteinens. Duc. Gazophylacii* continetur arculis. Nec dubium est, hunc, cum aliis ejusdem formæ hodie adhuc comparentibus, (f) esse ex illis, quorum 4000. pondere Rhenanis leviores, auro pares, ad *Ernestum Mandelslarvium* per internuncios, sed à nocturnis Electoris excubiis dejectos, destinati fuerant, notati scilicet insignibus Electoralibus decussatim secantium sese binorum gladio- rum, & inscriptione vendicante dignitatem Electoralem *Johanni Friderico à natalibus*, teste historica *Huberti Langueti* descriptio-

(f) An hi aurei nummi etiam fuerint illi, qui *Feciali* Imperatoris, itemque nobili puero *Electoris Augusti*, postquam urbis obsidionem die 23. Dec. 1566. ipsi indixerant, sub abitum donati à *Sor. Duce* fuerant, in quibus gladii *Electorales*, natique *Electoris* titulus conspiciebatur, ut habet *Mullerus* in *Annal. Saxon.* ad h. a. & ex eo *Tentzelius* H. N. S. p. 238. probabile nobis vel exinde redditur, quod alii hætenus non visi fuerint. Hoc vero dubio caret, ejusmodi nummorum aureorum quadringentos, durante obsidione, Senatui Gothano a Principe fuisse datos, quingentis florenis argenteis redimendos. Quos tamen in necessitatis illo casu communi usui consecrarunt, ita ut, finita obsidione, septuaginta illorum tantum superfuerint, quos *Joh. Wilhelmus*, Dux & frater, die ultimo Maji à Senatu repetiens, tanto pretio, quanto eos cum *Johanne Friderico* commutaverant, redemit, *Tentz. H. S. N. p. 243.*

prione susceptæ à Cæs. Majestate in Imperii rebelles executionis a. 1568. excusa. (g) Seqventes ejusdem Tab. II. n. 9. & 10. valore Joachimici quadrantem æqvantes Nummophylacio hodie Ducali Vinarienti, olim *Haugwiziano*, debemus, & posterior Luckio in Sylloge p. 225. citatur, reliquis vero Tab. III. n. 5. 6. 7. 8. *Thesaurus* superbit hodie *Ducalis Fridensteinianus*, vel *Joachimicum*, vel *semithalerum*, vel *quadrantem*, vel *semiquadrantem*, ceu impressa duobus ab altera parte signa non obscure produnt, valentes. *Figurâ*, ut ad spectus facile docet, prope omnes conveniunt, *gladios Electorales* decussatim positos, *Rutamque Saxoniam* curiosorum visui sistentes, majoris formæ annis carentibus, minoris vero vel anni numerum ab utroque latere completum, [1567.] vel truncatum, [67.] quem tunc *minorem* (die mindere Zahl) appellare solebant, oculis intuentium exhibentibus, unico saltim n. 10. infra litera G, *Gotham* sine dubio indicante, notato. (h) Neque literis impressis discrepant, sed iisdem gaudent omnes, scilicet: H H F G K. hoc est: HERTZOG HANS FRIDRICH GEBOHRNER KHVRFVRST, si ve: *Dux, Johannes Fridericus, Natus Elector, (i)*

§. LXXVI. Atque hic ipse erat titulus, quo, ex pacto *Numburgensi*, anno 1554. inter *Johannem Fridericum I.* Patrem, paucis ante mortem suam horis, consentientibus *Johanne Friderico II. Joh. Wilhelmo & Joh. Friderico III.* filiis, & *Augustum* erecto, ipsi non amplius licebat uti, quippe in quo inter alia conceptis verbis (k) hæc leguntur: *So haben Wir/Hertzog Johans Friedrich/der Wittler/*

(g) Et ex ea *Mullerus* in *Annal. Sax.* ad h. a. p. 150. *Tentz. H. S. N.* p. 240.

(h) Non vero *Grimmensteinium*, uti *Tentzelius* p. 240. vult, & ut alii existimant, perinde ac C. in alis nummis *Coburgum* notat. Vide *Sax. Numism.* p. 289.

(i) *He literæ* non solum cum aliis hujus Principis nummis conveniunt, sed & tales *initiales* in *Patris ejus nummis* offendimus. Falso propterea alii legunt: *Hertzogs Hans Friedrichs Gothaischer Krieg* nomen Principis enim magis quam *bellum* imprimitur; aut: *Hertzogs Hans Friedrichs Grumbachischer Krieg*; aut: *Hertzog Hans Friedrichs Grummensteinischer Krieg*. Neque enim *proscripti*, neque *arcis* solum nomen potest invenire in iis locum.

(k) Vide *Horried. L. III. c. 88.* Et *Elect.* veram ac necess. def. L. B.

ler/ Herzog Johannis Wilhelm und Herzog Johannis Frie-
 drich der jüngere/ vor Uns/ unsere Erben und Nachkommen/
 gewilliget/ wie wir denn/ Krafft dieses Brieffes, willigen, versprechen
 und zusagen, daß wir und unsere Söhne den Titul: Gebobrner
 Churfürst/ auch des Churwesens/ desgleichen des Tituls: Burg-
 graff zu Magdeburg/ nicht brauchen sollen, noch wollen, weil un-
 ser freundlicher lieber Vetter/ Herzog Augustus/ Churfürst und
 S. L. männliche Leibes-Lehns-Erben am Leben seyn. Patri equi-
 dem iste ad dies vitæ è captivitate reduci fuerat concessus, sed fili-
 us, ut ex dicti Numburgensis pacti verbis dispalescit, licet alias jure
 eodem uti potuisset, (l) eidem jam renunciaverat; nihilominus ta-
 men, quæ mentis ipsius erat constantia & ambitionis vis, sponte sibi
 eundem tribuens, non solum eodem palam utebatur *in literis*, (m)
 sed, quod mireris, tempore etiam ipsius obsidionis, in *moneta publi-
 ca*. Quo ipso vero simul *Augusto* Electori bilem magis concitasse,
 negari non potest, qui in der kurzen Verantwortung etlicher Bezüchti-
 gung halber im Lager vor Gotha zu Goldbach die 10. Martii 1567. data
 in hæc erumpit verba: **Welcher Theil auch dem andern nach sei-
 nen Landen und Leuthen/ auch nach seinen Würden/ Stande/
 Nahmen und Wappen trachtet, das ist/ auch vergeßlicher dur-
 stiger Anmassung des gebobrnen Churfürsten Nahmens und
 Titule/ auch unterstandenen Gebrachs des Chur-Wappens/
 welches Er izo im Secret und auf der Münze führet, und sich also
 selbst zum achten Churfürsten aufgeworffen hat, genugsam abzu-
 nehmen.** Horum certe nummorum, præter eos, qui ad *Mandels-
 larvium* destinati fuerant, non admodum magnum numerum, du-
 rante ista obsidione, fuisse constat, *summa argenti penuria*, qua
 pressi erant obsessi, ac præter expectationem omnem ab Electore
 R in-

(l) Erat enim a. 1529. Princeps Electoralis natus, Paterque Ser. anno 1547. ante Wittebergam.
 renunciaverat *Electoratui*, unde jure in illum transfisset.
 (m) Dum mense Januario, sub obsidione jam inchoata, *Cancellaria Grimmensteinensis* an. 1567
 cœpit sese appellare *Cancellariam Electoralem Saxoniam*, herumque suum *natum Electorem*.
 Tentz, H, S, N, p. 242.

inclusi, videtur arguere, fisco non solum Principis exhausto, sed & privatis erepta omni, quæ reliqua ipsis erat, pecunia numerata, stipendiis præterea nullis militibus, nisi unius saltim mensis, datis. Num præterea hoc ipsum monetæ genus indigitet *Autor*, qui non alius, quam *Hubertus est Languetus, Historica descriptionis, susceptæ à Cæs. Maj. executionis contra P. R. I. Rebelles*, scribens: *Constitutum inter eos (Ducem & Grumbachium cum suis complicibus) fuit biennio ante de innovanda INSIGNIVM ELECTORALIVM FORMA, deque TYPIS peculiaribus MONETÆ IMPRIMENDIS CVM ARROGANTIS MINIME QVE DECENTIS TITVLLI, ubi ad arma deventum esset, in inscriptione; ambigo, cum nihil magnopere insolens impressa iis insignia præferant. Nisi forte ille nummus sit, quem infra §. LXXIIX. daturi sumus, in quo Comes provincialis Thuringiæ appellari voluit, quod arrogans, aut insolens quid in auribus Gallici Scriptoris forte sonuit. Eventus interim obsessionis hujus maxime calamitosus hic erat, ut tradita Electori die 13. Aprilis hora circiter sexta vespertina (n) per cives, causam demum veram obsidionis edoctos, urbe ac arce cum omni apparatu ac comœatu bellico, & die 18. ejusdem mensis supplicio de proscriptis Imperii hostibus sumpto, (o) die 15. Viennam Austriæ, inde Neapolim, tandemque in arcem Sirriam abductus, ibiq; per 28. annos ad finem usq; vitæ, qui 1595. die 9. Maji contigit, captivus detentus fuerit Princeps, arce statim Gothana, post ejo deditioem, terræ æqvata. Testatur hunc eventum longe luculentissime Nummus Joachimicum valens, ab Electore fieri jussus, ac à Johanne Jacobo Luckio in Sylloge sua Numismatum elegantiorum elegantissima sub anno 1567. p. 226. æri incisus datus, unius tamen saltim gene-*

ris;

- (n) Qui erat Dominica Misericordias Domini, qua ante viginti annos eadem fere hora Pater *Job. Fredericus* à Carolo V. ad Muhlbergam victus, in manus Cæsaris captivus quoque fuerat traditus, & ante 9. annos Episcopus Würzburgensis, *Zobelius*, à Grumbachio interfectus. *Thuanus, Lairizius, Clauderus* & alii.
- (o) Grumbachio & *Christiano Bruckio*, Cancellario Ducis, in 4. partes sectis; *Wilhelmo Steinio* capite primum truncato & quadrifariam postea dissecto, *Hieronymo Brandensteinio* eadem poena affecto; *Johanni Beiero* laqueo gula fracta & *Davidæ Baumgartnero* capite plexo, *Thuanus* lib. 41.

vis; Sed cum, recte monente *Ampl. Tentzelio*, (p) *duplicis typi* exstent, alterius *rariorisque*, in quo *numerus* simul conspicitur *anni repetitus*, iconem hic Tab. III. n. 11. & 12. addi curavimus. (q) In una ipsius facie verba hæc: **TANDEM BONA CAUSA TRIUMPHAT**, cum addito anno MDLXVII. vel *absque hoc* leguntur, impressis cæteroquin consuetis *gladiis Electoralibus decussatim positis*; in averſa utriusque generis eadem occurrit inscriptio: MDLXVII. GOTHA. CAPTA. SUPPLICIO. DE. PROSCRIPTIS. IMPERII. HOSTIBUS. SVMPTO. COETERISQUE. FUGATIS. AVGVSTVS. Dux. SAXONIA. ELECTOR. Fieri. Fecit.

§. LXXVII. Uti vero *memoriam* tam memorabilis ac *sumtuosæ obsidionis, expugnationisque* nummo conservavit Elector; ita *servati contra tot sicariorum, à Grunbachio emissorum, machinationes sui corporis divini beneficii monumentum*, magis quam turbidæ, *petiteque ab adversariis Ecclesie*, symbolum (r) exstare voluit nummum, diversis aliquot typariis repetitum. Illum *quater* ex una parte, bis vero *ab adversa* discrepantis typi producimus. *Primus*, quem n. 8. & 9. Tab. III. dedimus, à *Luckio* jam adductus est in *Sylloge sua supra laudata*, p. 227. *effigiem Augusti barbati calviticque notabilis versus sinistrum latus paulo spectantis*, visui exponens, hocce cum titulo: AVGVSTVS D. G. DVX SAXO. ET ELECTOR; ab altera parte *navem prope petram, mari agitatum turbido, in cuius velis expansis Christus cruci affixus, & malo adstans Elector, gladiumque humero imponens, quem hostes, undique equis adnatantes, telis gladiisque petunt*, cum hac epigraphe: TE GUBERNATORE. Alter n. 10. à *Clarissimo Dn.*

R. 2

Jun-

(p) In Schediasm. de Nummis Saxonis belli pacisque tempore cufis Lit. B. 2. ac in sua Historia Saxonica Numismatica sub Augusto Tab. XII. p. 123.

(q) Meminit & hujus nummi *Thuanus*, quo nemo hæcenus exactius hoc descripsit bellum, Lib. 41. p. m. 554. scribens: *Cusi in victoria tanta memoriam argentei nummi*, cum hac inscriptione: *Tandem bona causa triumphat*; itemque M. Cyr. Spangenberg in tractatu de usu & abusu monetæ. p. m. 219. 220. *Sagittar. Hist. Goth. pl. p. 37. Mullerus Annal. Sax. p. 150. Tentzelii Saxon. Numismatica sub Augusto p. 123. Suppl. III. G. p. 807. & in de Nummis Saxonis belli pacisque tempore cufis, p. 11. 12.*

(r) Ita equidem aliquando putavit *Clariss. Dn. Junckerus* in elegantissimo de vita *Lutheri ex nummis* scripto, p. 268. sed mutasse mentem, verba p. 460, ibidem satis produunt.

Junckero Tabul. XVIII. n. 53. ad p. 270. *in vita Lutheri ex nummis* re-
 præsentatus, eadem sistit cum tertio, quem n. 11. *primum* communi-
 camus, titulum : AVGVSTVS D. G. DVX SAX. ET ELEC.
vultus positu saltem *diversi*; in quarto vero, numero 12. *ex auro con-*
flato tribusque *catenulis elegantissime exornato*, barba non admodum,
 ut in cæteris, prolixa Elector comparet, hunc cæteroquin ostentan-
 te paulo pleniorum titulum: AVGVS. D. G. DVX. SAXONIAE.
 SA. RO. IMP. ARCHIMARS. E. EL. Adversa posteriorum trium
 facies n. 13. exposita coincidere videtur cum ea n. 9. tradita, nisi
 quod ibi emblematis figura sit inversa, quem errorem *Luckiano*
 sculptori imputandum esse, aliorum nummorum clarissime nos e-
 docent exempla. An vero *septem equites navem cingentes* in eadem
 conspicui, *sex factionis illius autores* designent, ceu conjicere vide-
 tur *Ampliss. Tenzelius*, (s) vel ob id dubitamus, quod & in iis erant,
 quibus nunquam forte in mentem venerat, Electori vim intentare,
 velut de *Baumgartnero* constat, illi tutam saltem commorationem
 præstitisse *Grimmensteinium*; imo in illo n. 13. octo *potius circumfistere*
navim equites (*Grumbachium*, ex mente ejus, *Steinium*, *Mandelslarvi-*
um, *Bruckium*, *Zebizium*, *Brandensteinium*, *Baumgartnerum* & *Beierum*)
 non obscure cognosci potest; in qua mea explicatione & acquiescere
Tenzelium video. (t) Quod vero hos nummos divini Augusto, &
 imprimis contra has *Grumbachianas* machinationes, præstiti benefi-
 cii monumenta egregia nominavimus, non solum facit *J. J. Lucki-*
us, eorum *unum ad expeditionem Gothanam* non sine causa referens,
 quem postea secutus est *Plur. Reverendus Dn. Gleichius, Aula Elector.*
Sax. Concionator, Amicus multum observandus; (u) nec diu post et-
 iam *Amplissimi, Clarissimique Viri, Tenzelius* (x) ac *Junckerus* (y) suis
 id confirmarunt calculis; sed & *insidiarum*, quibus Augustus Elector
 tunc

- (s) In Schediasm. suo de Nummis Saxonis pacis bellique tempore cufis Lit. B. z.
 (t) Suppl. I. Goth. p. 807.
 (u) In Historia Numismatum succincta Lips. 1698. edit. §. 3 10.
 (x) Schediasm. supra cit. l. c.
 (y) In vita Lutheri Numismatica p. 460;

tunc petebatur, *consideratio penitior*. Nam de iis ita Thuanus Lib. 41. suæ Historiæ: *Ad hæc odia inter eum & Augustum VII. virum exacerbare, & ut sceleris magnitudine eum obligaret, in perniciem Augusti conjurare, & sicarios subornare*. Et paulo post: *Nec multo post patuere insidia à Grumbachio, emendicato Johannis Friderici, cujus ingenio abutebatur, nomine structa, capto Johanne Bobemo, (z) haud procul à Dresda, & scelus inter tormenta confesso, Philippo Plasso, item insigni percussore, ad id se à Grumbachio conductum profitente, eodemque tempore alia testimonia ad Augustum afferuntur à Günthero, Comite Schwarzburgico, (a) & Christophoro Zebicio, ex ore ipsius Grumbachii excerpta*. Imo de iis ipse conqueritur | Elector in excusatione contra inculpationes Grumbachianas.

§. LXXIIX. Sed ad officinam monetarium nobis nunc redendum est. Diversi sunt generis Johannis Friderici II. nummi majores, alii ante captivitatem circa annum 1560. alii post illam cusi. Illi, qui ante captivitatem conflati, faciem Ducis sistant virilem elegantissime expressam, eoque ipsum in habitu, quo ipsum legi aliquando fuisse usum, (c) ac tres diversi typi nobis sunt visi. In primis, 5. semuncias pendentis, facie una circa prototomen ejus hic legitur titulus: DEI Gratia JOHANNES FRIDERICUS SECUNDUS DVX SAXONIAE COMES PROVINCIALIS TVRINGIAE ET Marchio MISNIE; (c) in adversa vero hæc verba, quæ Symbolum ejus ex quinque Vocalibus initialibus constituebant: ALLEIN. EVANGELION.

R 3

IST

(z) De his & sequentibus imprimis acta hujus negotii, typis tunc evulgata sub titulo: *Copieen der Schrifften, so zwischen den Churfürsten und Herzog Hans Friedrichen, dem Rittlern zu Sachsen, Graf Günthero von Schwarzburg und Wilhelms von Grumbachs, auch folgendes inwen zu Dresden gerechtfertigten Uebelthäter, und deren von ihnen erzwungener vermeinter Uhrgericht halben ergangen*. MDLXVII. 4to. legenda sunt.

(a) Vide de his Acta edita.

(b) Hat Herzog Johanns Friedrich, der Mittler, einen schwarzen Rock von Damascen / mit Sammet verbremet, und mit Zobeln gefüttert, und ein schwarz Sammet gestiept Koller angehabt ic.

(c) Infolens quid & à præcedentibus titulis alienum sonare videtur, sed forte hoc factum fuit ex imitatione titulorum in nummis bracteatis antiquis Landgraviorum Thuringia, quorum sepul-

IST ONE VERLUST; juxta cum *Insignibus Ducalibus*. Reliqui duo idem prorsus ostendunt, pondere ac forma saltem *minores*, unoque tres cum dimidia, altero unicam saltem semunciam pendentibus; (d) *Hos* vero vel propterea quidam *Gothæ* conflatos volunt, quod eorum *typarii* ex oblidione Gothana per *Augustum* Dresdam translati fuerint, ubi & hodie asservantur cum cura, iisdemque *Joh. Georgii IV.* & jam feliciter imperantis *Potentissimi Poloniae Regis, Friderici Augusti*, temporibus noviter quidam cusi fuere, in Gazophylacia celebriora inferendi. Sed cum *Johannes Fridericus* non facie juvenili, sed *virili* compareat, ejusdemque prorsus artificis exstet *Joh. Wilhelmi* numisma a. 1560. percussum, ac *Joh. Fridericus* tunc *Vinariæ* adhuc sedem habuerit; malim statuere *Vinariam* potius eos agnoscere matrem, & hinc ante obsidionem *Gotham* deportatos, inde vero, post obsidionem solutam, arceque capta, cum aliis spoliis *Dresdam*, in qua opinione & *Amplissimus* est *Tentzelius*, delatos, (e) nummosque ipsos donationibus inserviisse.

§. LXXIX. Quod & intellectum velim derarissimo in *Vinariensi Nummophylacio* exstante Ducato, in quo ab una parte *Insignia Saxonica*, & illa: Dei Gratia JOANNES FRIDERICUS SECUNDUS DUX SAXONIÆ LANDGRAVIUS THVRINGIÆ Et Marchio Misniæ; ab adversa vero *duo angeli*, fertum tenentes rutaceum, cernuntur cum epigraphe: NON VIDI IVSTUM DERELICTUM, NEC SEMEN EIVS QVERERE PANEM, (f) epigraphe hac haud obscure exponente, in calamitate domestica acerbissimaque ex verbo Dei solatium petere sic voluisse, cusumque esse vel *jussu parentis Joh. Friderici I.* tempore captivitatis a *Joh. Friderico II.* quod mihi videtur; vel

pulturam hereditariam in arce sua, *Grimmensteinio*, condere in animo habuerat; illaque de causa *vetera illorum monumenta Reinhardisborna & Isenaco istuc convehi curaverat.* *Tentzel.* H. S. Num. sub eo. & *Suppl.* III. G. p. 807.

(d) Tres hos diversi typi nummos exhibet *Cl. Tentzelius* in *Saxon. Numism. Tab.* 16. p. 230. seqv. *Maximum* vero *Junkerus* etiam in *vita Lutheri*, T. XIV. N. 45.

(e) *Supplem.* III. G. p. 807.

(f) Delineatum hunc, sicut & supra *Joh. Frid. II.* adductum medii moduli, dedit *Clariss. Dn. Junckerus* in *Luthero Numismat.* p. 242, 243, *Tab.* XIV. n. 45. a. & b. & *Tentz.* S. N. p. 34. T. 16.

vel à *Job. Friderico II.* tempore Comitiorum Augustanorum, quibus præcipue à cœptis ut desisteret, admonitus fuit, quod *Tentzelio* est visum.

§. LXXX. Plures vero eorum sunt, qui post captivitatem ipsius fuere cusi, gaudentque titulis sequentibus. *Primus*, quem *Luckio* debemus, (g) *faciem* versus sinistrum latus respicientem sistit circumscriptam: DUX JOANNES FRIDERICVS CAPTIVUS; ab altera parte *Insignia* cum consueta ipsius epigraphe: ALLEIN EVANGELION IST OHNE VERLUST; annoq; 1576. (h) *Alter*, qui à *Luckio* (i) pariter jam luci est expositus, uxoris ipsius, constantissimæ in maritum fidei exempli summi, icona offert, ejusdemque nomen cum axiomate: ELISABETA DEI GRATIA DUCISSA SAXONIE; ab adversa *Insignia Palatino-Saxonica* aream occupant, addito circa Symbolo: HILF HIMLISCHER HERR HOCHSTER HORT, cum anno 1576; in spe *proxime futurae restitutionis in pristinam libertatem* sine dubio utrique conflati, quod subiectus indicare videtur annus. (k) *Tertium* ex *Hortlederi Catalogo numismatico* suppeditavit *Ampl. Dn. Tentzelius*, (l) hac delineatione: Exstat in una parte *caput* ejus in area, ramusculo (*Reißlein*) notata, ac circumscripta: DVX JOANNES FRIDERICVS; ab adversa *Insigne* cum his literis: T. I. V. V. E. V. C. O. P. D. P. F. addito anno 1584. cujus explicatio Oedipo sit relicta. (m) *Quartum* ex *Ducali Gothano Nummophylacio* dedit *Clarifs. Dn. M. Junckerus*; (*) cujus una pars itidem imaginem ejus repræsentat cum literis: JOANNES FRIDERICUS II. DUX SAXONIÆ &c. ÆT. LXVI. altera autem

(g) In Sylloge sua p. 226. quem postea etiam *M. Junckerus* in vita Lutheri, Tab. XLIII. n. 18. ex Ducali Gothano Gazophylacio æri incisum exhibuit.

(h) Hunc delineatum vide apud *Tentzelium* in Sax. Numism. Tab. XVII. p. 245.

(i) In Sylloge Numism. p. 226.

(k) Conf. *Tentz. S. II. Goth. p. 871.* & ejusd. *H. S. N. T. 17. n. 245. 246.*

(l) In Sched. de nummis Saxonis belli pacisque tempore cusi. p. 10. Confer nummos *emoruales*, p. 5. Sed nummum postea nactus, ipsum *Tentzelio* communicavi, qui ex mea delineatione eundem Tab. 17. N. 4. in *H. S. N.* exhibuit.

(m) *Tentz. S. III. G. p. 373.* & *Hist. G. Numismat.*

(*) *L. c. p. 458.* Tab. XLIV. n. 19.

tem has: ALLEIN EVANGELIUM IST ONE VERLUST. 1595. cum consuetis armis Saxonis. (n) Quintus icona in habitu cubitum ituri cum his prodit: JOH. FRID. DUX SAX. SECUNDUS, ÆTatis LXVI; altera facies *Insignia* cum anno 1595. & simbolo: ALLEIN EVANGELION IST ONE VERLUST. (o) Sextus denique, *Ducalis Saxo-Vinariensis Nummophylacii pars*, mortem ejus exponit, his circa icona, eodem, ut in antecedente, habitu gaudentem, verbis: JOH. FRID. DVX SAXONIAE CAPTIVUS MORTE LIBER; ab altera facie *Insignia* cum *Symbolo* ipsius notissimo: ALLEIN EVANGELION IST ONE VERLUST. 1595. Ac ne ἀσέμολο heic discedam, placet, unius adhuc, *septimique* sic numero, rariorisq; adjicere descriptionem. Una scilicet pars *effigiem* ejus communicat cum his circa literis: ANNO ÆTATIS LXVI; altera vero sequentia: JO. FRIDERICUS II. PATIENS DVX SAXONIAE &c. PIE IN CRISTO OBDORMIVIT STYRAE AVSTRIAE INCVSTODIA ANNO MDXCV. MAY. IX. (p)

§. LXXXI. Qui certe omnes, arce diruta ac in squalore posita, *Gotham* matrem haud agnoscere poterunt, & ab illo tempore ferias fuisse indictas *officinae monetariae Gothanae*, persvadeor; (q) ac potius *Vinariae*, & imprimis *posteriolem Coburgi à filius*, & patruo *Joh. Wilhelmo* conflatos fuisse, vero accedens videtur proxime; nisi tempore illo, quo communis Germaniae calamitas & nostram per monetæ adulteratores afflixit *Gotham*, (r) ita ut vacca ducentis florenis, equus

(n) Vide ejus iconem apud Tentzel. H. S. N. T. 17. N. 7. p. 258. Suppl. III. G. p. 872.

(o) Iconem ejus vide apud Tentzel. T. 17. N. 256. Suppl. III. G. p. 872.

(p) Delineatum vide apud *Tentzelium* Tab. XVII. N. 8. p. 260.

(q) Lipsiæ enim probationis dies potius indictus fuit anno 1711. Vide Mulleri Annal. p. 157.

(r) Hoc relucet ex edicto Ducis Joh. Casimiri a. 1622. dato, publiceque affixo, quo omnibus mercatoribus, opificibus & subditis severe præcipitur sequenti precio nummos dare & accipere: Einen Rosenobel um 4. Gulden/ einen Schiffnobel vor 40. Bagen/ einen Portugaleser vor einen und ein 4tel Gulden, einen Rheinischen Goldgulden und Spanischen Thlr. vor 20. einen Rthlr. vor 18. Bagen, einen Gulden/Thaler vor 16. Bagen, einen Neustettischen und Zildburghausischen und Gothaischen ganzen Thaler vor 7. gute Gr. dergleichen halbe Thaler vor vierthalbe Groschen, die acht Groschen Stücke vor 8. Pfennige / die 4 Groschen Stücke vor 4. Pfennige, die Neustettischen Groschen vor 1. Pf., dergleichen Dreyer vor 1. Heller.

equus communis vero bis mille & quingentis venditi fuerint florenis; perinde ac de *Coburgo, Neustadio, Hilburghusa*, novimus, ubi *thaleri, semithaleri*, octo, quatuorq; grossos valentes, itemque grossi maxima in copia fuere cuti, qui tandem difficulter ex civitate nostra exterminati fuere, ut propterea repetitis etiam Principis, *Joh. Casimiri*, mandatis fuerit opus. (s) Atque ex illo calamitoso tempore, uti ipsa officina monetaria, ceu audivimus, desolata jacuit; ita & nullos exinde nummos nos accepisse, certum est, donec *Serenissimi ERNESTI PII*, Ducis Saxoniae, auspiciis arx ista, Caesaris Augustissimi consensu, de novo e fundamento excitaretur, splendidissime extrueretur, *cujus* (quamvis non nimis multa) & Eiusdem *natu majoris filii, FRIDERICI*, hodieque feliciter, &, quod DEUS velit! diuissime imperantis *Serenissimi Nepotis, FRIDERICI OPTIMI*, Domini

(t) Integrum propemodum *Joh. Casimiri*, Ducis Sax., die 19. Aug. exaratum praeceptum ad Praefectum *Seriatumq; Gothanum* affert *Tenzelius Suppl. III. p. 87.* hujus tenoris: Nachdem unsere wohlgemeinte Interims-Provision bey dem offenbaren ähblen Zustande des Münzwesens, dahin dasselbe endlich gerathen, den fürgesetzten Zweck in erträglichlicher Maß länger nicht erreichen können; sondern eine übermäßige Steigerung alles dessen, was man zum Unterhalt des menschlichen Lebens bedürffig / eingerissen; Sintemal nach Gelegenheit des erhöhten Silberkauffes; die Usual-Münze ie länger ie geringer gefertiget / hingegen die Handelmann und andere dieser Dinge kundige / so etwas zu verkaufen / ihren Anschlag auf den alten Werth der Thaler gerichtet / und entweder auf Species contrahiret / oder die neue Usual-Münze ie länger ie geringer geschätzt / also die Kauff-Summa erhöhet; denen der Handwercks- und Bauersmann gleichfalls nachgegangen / und immer einer den andern gesteigert / bis das neue Geld fast ganz verschlagen / auf alt Geld und Tausch gehandelt; oder die Laden und Böden zugeschlossen / und wenig zum feilen Kauff gebracht worden; Darunter die Kent-Camer mit Schmäherung der Intraden und gewachsenen grossen Ausgaben; desgleichen die auf Besoldung der Kirchen, Schulen und sonstigen dienen / und wer nicht in Gewerb und Commercien ebener Massen steigern können / beneben dem Armuth mit meisten betroffen. Als haben wir nothwendig aus Erheischung unsers traagenden Landes; särslichen Amts auf Aenderung gedencken müssen, damit dieses Werck zu allgemeiner Wohlfahrt, so viel möglichsten abgeschaffet werde, (inmassen andere Reichs-Stände vor uns löblichen, und mit des Landes guten Bedeyen gethan) und nach geflogener reiffer Berathschlagunge gegenwärtiges offenes Mandat ausgehen lassen. Wiewol Wir nun mit der Devaluation gradatim zu gehen / nicht ungemeynet gewesen; so ist doch dergestalt zu Feinem richtigen Bestand zu kommen zc.

S

ni mei clementissimi, temporibus, per Monetarios Gothanos, *Johannem Bonhorstium, Johannem Gotfridum Wichmanshausium, Henningum Mullerum, Christianum Fischerum, Johannem Thunium*, omnis prope generis ex eadem noviter simul exstructa hucusque accepimus numismata, accipimusq; hodie. Sed de his nummis, cum in nostris frequentius sint manibus, eorumque *delineationem maximam partem* jam dederit Clar. *Tentzelius* in Saxonia sua *Numismatica*, (t) hic nihil attinet dicere; illud potius aliis relicturus, qui *recentiores Sereniss. Marchionum nostrorum Misniae ac Landgraviorum Thuringiae nummos usuales* recensendi explicandique curam in se instituto laudabili suscepturi sunt. Tantumque de *Gothanis*.

CAPUT II.

DE

NUMMIS CYGNEIS.

§. I.

De nummis nunc acturi *Cygneis*, quorum, perinde ac Gothanorum antiquiorum, in nullis, qui exstant, libris monetariis hucusque facta est mentio, fabulis gerrisque anilibus, quæ vulgo de *Cygn*o, sive *Herculis* filio, sive *Arminii Duce*, itemque de *Swanhilde*, famosa quadam, ut volunt, hujus regionis olim Principe, (a) circumferuntur, & a compileribus Chronicorum larga messe hinc inde

con-

(t) Tab. 58. 59. 60. 61. 62. 63. seq. p. 718. usq; 897. in Saxonia sua *Numismatica*. Confer Junckeri *Vitam Lutheri German.* p. 477. & *Latin.* p. 370. 371. Itemque nostra *Biblia* in Nummis p. 49. 66. 394. 420. 430. 428. 421. 302. 341. 239. 490. *Martini Eyringii vitam Ernesti pii* p. 31. 32. 177. 179. *Tentzelii belli pacisq; temp. cufos Sax. nummos* p. 27. 28. *Annales Saxon. Mulleri* p. 377. 45. 84. *Vita Ernesti Ducis curriculum* p. 78. *Observationes Hamburgenses* 1702. p. 155. 56. *Sagittarii Histor. Goth.* p. 436. 437. 439. 485.

(a) Vide pluribus de his *Langii Chron. Citizense* p. 791. *Schmid. Chron. Cygn.* p. 7. 8. 9. *Wilhelmi* p. 6. *Swanhildem* (Svonchildam) egvidem *Eckardi I. Marchionis Misnensis & Thuringiae Ducis*, novimus uxorem, & *Hermanni Billingi*, Saxoniae Ducis, filiam, quæ cum marito *Monasterium S. Georgii Numburgi* fundavit, sed quid hæc cum Cygnea?

congeri videmus, nostra haud superstruemus, sed certis saltem in-
nixa rerum testimoniis, ea, quæ de iis nobis sunt cognita, eo, quo fi-
eri potest, compendio trademus.

§. 2. Sicut vero de propriis non vane concludimus ad ea, quo-
rum ista sunt; ita ex insignibus rectissime institui iudicium, elici-
que certitudinem ejus, à quo hoc istudque olim hodieque profe-
ctum est, nemo ibit inficias.

§. 3. Nunc vero quis rerum patriarum tam ignarus est, aut
heraldicarum tam inficius, qui nesciat, tres cygnos commune *Cygnæ
Urbis* (b) aliquot retro seculis fuisse *desyria*, sive ea id inde habeat,
quod *Cæsar Carolus M.* conditor, illos in *Muldavia* natate viderit, sive
quod frequentius ibidem, tanquam in loco piscinis multis prædito,
confederint. Refert nempe illud hodie, ceu notissimum, *arcam ru-
bram*, in quatuor dissectam partes, cujus prima exhibet tres olores, al-
tera tres turres, quas aqua alluit, tertia itidem tres dictas turres, & quar-
ta tres rursus *Cygnos*, ut adeo semper duo eademque insignia invicem
sibi extent opposita. Cæterum scuti hujus (uti hodie ostenditur)
apicem, seu *timbrum*, absolvunt *duæ galeæ*, cujus unius *fastigium* est *ru-
ber pileus*, septem *rubris & albis bacillis foliatis ornatus*; alteri vero *Mau-
rii*, (c) *equitis*, *rubra veste conspicui*, protome incumbit, protensa ma-
nu instrumentum militare, quod *Pusicanum* vocant, tenentis, alte-
ram vero femori subjicientis, fascia cæteroquin alba constricti cor-
pus. Atque hac facie *majora & solennia* hujus urbis comparent
Insignia, minora vero, ut hodie sunt, *solis tribus*, constant *cygnis*
quibus super imposita cernitur *galea*, eodem, ut descripsimus, te-
cta pileo.

§. 4. *Autorem* horundem laudant *Henricum II.* sive sanctum
Cæsarem, (d) ad nomen urbis, undecunque etiam istud acceperit,

S 2

&

(b) Diversimode hanc urbem apud antiquos Scriptores scriptam reperias, scilicet: *Swicobbe*,
Cziwica, *Zwickowe*, *Zwicowe*, *Zwickobe*, *Sevicka*, *Zwica*.

(c) Hunc volunt ab *Henrico*, Cæsare, urbi datum patronum, cujus quippe corpus Ratisbona
Magdeburgum translatum aliquot dies *Cygnæ* detentum fuit atque monstratum. Vid. *Schmi-
dium* l. c. *Wilhelmum* p. 22.

(d) Vid. *Schmid*, *Chron*, *Cygn*, p. 136. ac *Lant. Wilhelmi* *Descript*, *Cygnæ* p. 175.

& de quo alibi *oes didovr*, sine dubio respicientem, ac iisdem ob-
delem in debellandis *Henetis & Bohemis* ipsi a civibus *navatam* opo-
ram Cygneam circa annum *Mll.* donantem. De quibus & hi cir-
 cumferuntur verficuli:

Henricus Sanctus dedit hæc Insignia Zwickæ,

Ejus notificans Martis & artis opus.

Vexilla & galea, turresque & clariger Heros

Martis opus signant, artis opusque cygni.

§. 5. Sed non possumus non hic obiter monere, urbem hanc
 eo, ut super descriplimus, *sigillo majori* non semper fuisse usam, sed
 anno 1297. & cum adhuc libera Imperii esset civitas, plane diverso,
tribusque tantum turribus, quas *Muldavia* alluit, constante, cujus iconem
 heic unacum alio 1472. sculpto, & recentiori, exhibemus, de
 quibus & apud *Wilhelmum & Schmidium* altissimum est silentium.



Con-

Constat hoc prius vero nobis ex diplomate anno dicto 1297. indictione IX. in die Viti & sociorum ejus dato, quo duo *Advocati* *Zwickavienſes*, *Magiſter Conſulum* & undecim *Conſules* (ea tunc facies erat *Senatus*, & *Conſules* heic non aliter ac per *Senatores* interpretandi veniunt) confirmant legatum quoddam *Henrici Croneri*, *civis Cygnei*, quod ipſe pro ſe, duobus ſuis liberis, *Petro* & *Catharina*, & fratre *Rudolſſo*, Sacerdote, allodium ſcil. trium manſorum in villa *Lom*, cum jure patronatus parochialis Eccleſiæ ibidem, 60. marcis argenti contentum, Eccleſiæ *S. Mariæ virginis* in monte *Altenburg* ſub certis conditionibus adjudicaverat. Ita vero illud habet: „Nos *Cunradus*, & *Fridericus*, *Advocati in Zwickowve*, (e) *Cunradus de Sal-*, *burch*, *Magiſter civium*, *Theodericus de acie*, *Henricus Croner*, *Nicolaus Grarok*, *Nicolaus Leibenicht*, *Henricus Monetarius*, (f) „ *Petrus Ottonis*, *Petrus Wigandi*, *Avidera* (quidam) dictus *Scultetus*, „ *Henricus Gutbele*, *Henricus de Kemnitz*, *Cunradus de domo lapidea*, „ *Conſules* ejusdem civitatis, (g) tenore preſentium recognoſcimus, „ & publice proteſtamur, quod *Henricus*, dictus *Kroner*, fidelis concivis, pro ſe & pueris ſuis, (h) *Petro* & *Catherina*, & fratre ſuo, *Domino Rudolſſo*, Sacerdote, emit pro ſexaginta marcis argenti (i) allodium trium manſorum in villa, dicta *Lom*, cum jure patronatus parochialis Eccleſiæ ibidem cum omnibus appenditiis & proventibus eorundem, & redegit in proprietatem Eccleſiæ *S. Mariæ Virginis* in *Altenburch*, talibus conditionibus interjectis, ut eo tempore, quo idem *Henricus* vixerit, ipſa bona à prefata Eccleſiâ *S. Mariæ*, nomine feodi, poſſideat pleno jure & beneficium conferat, eorundemq; bonorum proventibus letè ac libere potiatur. (k) Cum autem idem *Henricus* „

S 3

mor-

(e) Scilicet *Cæſarei*. *Kayſerl. Wigte*.

(f) Ex quo luculentiffime patet, *Monetarios* publicos, *Cæſaris* nomine, *Civitatem* hanc incoluiſſe, monetamque ibidem jam dediſſe.

(g) *Conſules* h. l. interpretare *Senatores*.

(h) Reſcribere debuiffent *Monachi* inſiceti liberis ſuis.

(i) Ex hoc pateſcit, *Cygneam* cives ſatis pecunioſos tunc temporis habuiſſe.

(k) En *Monachos* rebus *monaſterii* ſui augendis quam attentos!

mortis debitum *solverit*, Dominus *Rudolfus*, Sacerdos, *suus frater*,
 tam in *bonorum possessione*, quam in *collatione beneficii succedat po-*
tior, & ejusdem post obitum *pueri supra dicti Henrici Kroneri*, vi-
 delicet *Petrus & Katherina*, omne *jus & questum*, tam in *allodio*, quam
 in *collatione Ecclesie*, sicut eorum *pater habuit*, obtineant abs *impedi-*
mento. Si autem Dominus *Prepositus predictæ Ecclesie S. Mariæ Vir-*
ginis in Aldenburch simul & Conventus in ipsa *parochia Lom duas vel*
tres personas sui ordinis pro commansione perpetua instituerint, ut
 sic *laus Dei ad salutem prefati Henrici, Domini Rudolphi*,
 & *heredum ipsius Henrici augeatur*, (l) *illis personis ibidem manenti-*
bus, *pueri ante dicti Henrici bonis allodii tantum potiantur*, personis
 vero *ibi non venientibus, vel recedentibus*, *pueri sepe dicti Henrici*,
Petrus scilicet & Katherina, *jus patronatus simul cum bonis allodii ob-*
tineant jure patris. His quoq; tractatibus est *inseptum*, ut si *predi-*
cti pueri, Petrus & Katherina, sub *professione certe regule habi-*
tum assumpserint, (m) tam *allodium*, quam *parochia cum omnibus suis*
attinentiis & juribus ecclesie Sancte Mariæ Virginis in Aldenburch libere
vacabunt, veluti *si morte corporis decesissent*. Et ut omnia hec *pre-*
dicta certa regantur memoria, presentem *paginam desuper con-*
scriptam ad petitionem predictorum fratrum, Henrici & Domini
Rudolphi, *Ecclesie S. Mariæ Virginis in Aldenburch Sacerdotis*, si-
 gillo *nostre civitatis dedimus sigillatam*. Acta sunt hec anno
 Domini *MCCLXXXVII*. *Indictione IX*. in die *Viti & focio-*
rum ejus coram pluribus fide dignis.

S. 6. *Figura* sic ipsorum constat, antiquitatem nummi con-
 firmant. De *antiquissimo*, nobis equidem observato, esto initium,
 eoque, cujus *Plurimum Reverendus DN. Jacobus à Mellen* meminit
 in *sua supra sæpius laudata Epistola de Nummis quibusdam Thuringicis*.
 Re-

(l) En speciosos prætextus! Et credisne, post mortem Rudolphi, fratris, duas tresve non cito
 advolasse hujusmodi aves, nidum huncce occupaturos?

(m) Donec hoc factum fuerit, omnes pervasionum nervos procul dubio intenderunt.

Repertus scilicet fuit *bracteatus Rudolstadii*, ac cum aliis *Lotharii* nummis effossus, exhibens *hominem imberbem*, sedentem super *clypeum* (rectius *pontem*, ceu in aliis cernitur) *dextera gladium*, *sinistra vexillum* tenentem, ad pedes ejus sub *femicirculo cygno* comparente, hisque circa literis: LVTEGER ME FECIT. De *Lothario II. Cæsare* hunc, si ita se habet, interpretamur nummum, nec temere de alio. Nam *Ludeger, Ludger, Luteger, Leodegarius, Luderus, Lutterus, Lotarius, Lotharius, Ludgerus, Ludigerus* diversum sonant, idem indicant. Id omnium *luculentissime montis fereni Chronicon* docet: *Ludegerus Dux Saxonum regni gubernacula* (MCXXVI.) *suscipit: Lotharius quoque nomen mutavit.*

§. 7. Sed quid *Lothario*, quem nummus clare designat, cum *Cygnea*? Certe eandem aliquando ipsi paruisse, *cygnus* nobis perfradet, præcipue ad Imperatorem jam electo. Si ad *Oraculum Cygneum, Schmidii*, inquam, *Chronicon*, abimus, fatis certa hoc non videtur nobis reddere responsa, modo non, veterum oraculorum quandoque more, plane falsa. Nam illud prodit *Cygneam*, post *Wiperti II. junioris Comitis de Groitsch* mortem, cujus pater, *Wipertus I. senior*, eam ab *Henrico V. Cæsare* gratitudinis ergo, pro *fideli in bello Polonico ipsi navata opera*, acceperat, Imperio Germanico, ejus habenas tunc *Lothario Saxone* regente, postliminio iterum fuisse adscriptam. Multus certe ac operosus est *laudatus autor* in tradendis *utriusq; Wiperti* *vitarum historiis*, & *vindicando iisdem in Cygneam urbem dominio*; sed, si fontes, quos monstrat, (n) ipsi inspicimus, *autorem scilicet libelli de fundatione Cœnobii Bigaugiensis*, anno 1580. *Francofurti à Reinero Reineccio*, annoqve 1664. à *Joachimo Joh. Madero* *denuo ac plenius editum*, de eo nihil per omnia ibidem offendimus. *Municipii equidem ejus & castri Groystæ (o)* [Groysch, Groiz], *Liznich* *urbis suæ (p)* itemqve *Schworzen, Pigaugiensis villæ, (q)* *Morun- gæ ac Eckersbergæ civitatum, (r)* *pagorum Nislin ac Budiffin, (s)* tanquam

(n) Chron. Cygn. p. 162. (o) p. 247. 252. 255. 256.
 (p) p. 245, 246, 251. 252. 255. (q) p. 247. (r) p. 251. (s) p. 255.

quam possessionum ipsius, frequentius meminit. Nec tacet, ipsum & Marchionatum *Lutzensem* (t) ab Imperatore, *Henrico V.* circa annum 1119. obtinuisse, *Præfectumque* egisse *Magdeburgensem*. De prædicat insuper *fundationes* aliquot *monasteriorum* ab ipso susceptas, *Lutzke* scilicet, *diæceseos Mersburgensis*, in *S. Petri honorem* a. 1105. (u) *Monasterii Pegaviensis*, in *Jacobi memoriam* anno 1092., (x) ac denique *Reynsdorffensis Cænobii* in *Comitatu Wyzenburgensi* (y) a. 1110. constructorum. Nihil tamen in ipso de *Zwickavia*, imo ne de tractu quidem illo reperire licet, præsertim cum, *superioribus villis ac possessionibus omnibus passim nominatis*, addat denique p. 256: *Omnibus ergo suis ei restitutis, ad curiam Wormatiæ indictam perrexit*. Refert quidem loco jam citato inter alia etiam *supra nobis allatus de fundatione Pigaugiensis Cæn. autor* hæc: *Hic [Wipertus Senior] invaluerat prædiis & beneficiis in provincia nostra, quæ SWORBIA dicitur, Monarchiam quoque in Luziz ac præfecturam in Magdeborch principalem, obtinuerat; Alibi que Abbas Urspergensis tradit: illum partibus in illis, quas SORABI inhabitant, principatum fuisse; (z) Paulusque Langius, ipse Cygneus, eum in provincia, quæ Sworbia diceretur, dominatum fuisse, memorat. (a)* Sed quis nescit, quam late patuerit tunc temporis hæcce provincia? & quod omnes supra nominatas illas suas urbes sub se comprehenderit? Hinc tantum abest, ut *Cygneam cum suo tractu Wipertos olim suos agnovisse Dominos, aut Seniores illorum arcem Zwickaviensem, Ostersteinium, condidisse, aut templum in monte ad Moselam pagum edificasse, (b) credamus, ut potius, nisi alia firmiterque producantur argumenta, sub Imperatorum Jurisdictione, ut antea, ita*

(t) p. 255. Et *Paulus Langius* in *Chron. Citiz.* p. 784: Tandem præ cæteris ditatus Principatum quoque & Marchionatum in *Litziez*, sed & præfecturam in *Magdeburg* principalem obtinuit.

(u) p. 259.

(x) pag. 247. Confer, *Vita Wiperti*. Idemque *Langius* l. c. p. 785: Tandem pro enormitate suorum compunctus criminum, inter alia pietatis opera canobium in *luziz* & ex eo p. un. ordinaris nostri in honorem *Divi Jacobi Apostoli Majoris* fundavit in *Bezavia*, assistente ei *Santo Otzone* Episcopo. (y) p. 250.

(z) P. 516. edit. Argent. 1609. (a) *Chron. Citiz.* p. 784.

(b) *Utrumque tradit iterum Schmidius* l. c. p. 163.

& tunc stetit, ceu urbem Imperialem, cum Chemnitio ac Altenburgo, &
 non demum post *Wiperti junioris* mortem, (quæ non anno 1136. sed
 ante annum 1124. (c) contigit) ad Imperium rediisse, (d) non con-
 temnendis persuadeamur rationibus. Certe *ἀόβσα* sunt, quæ ex
Mich. Saksii Chronici Imperatorum parte III. fol. 245. nobis propi-
 nat *Schmidii* Chronicon p. 168. *Wipertum*, scilicet, juniorem Comitem
 non reliquisse hæredem? cum tamen *Henricus*, frater ejus, adfuerit?
 (e) Et cur hic *Cygnæam* non accepisset, & tam egregia hæreditatis
 portione fuisset exclusus? Certe *Lotharium*, Imperatorem, *Ladislao*,
 Principi Polonico, dono baptismalis loco dedisse hanc urbem liberam
 tunc & Imperialem, somnio propius accedere videtur, quam *Impe-*
ratoriam spirare munificentiam, extra orbitas conservandi imperii
 tunc non facile evagamem. Relinquimus ergo *Wilhelmo* & *Bro-*
tuffio, (f) ex quibus sua derivaverat *Schmidius*, auxeratque, suos fu-
 mos, eosque aliis vendere facile patimur, lucem interim sequuturi
 historicam. Vero similis nempe videtur, *Lotharium* non solum
 cum *Henrici*, *Marchionis Misnensis*, rebus afflictissimis succurreret,
 (*Wipertus* enim *Senior* post *Soceri* sui, *Wratislai*, mortem *Marchiam*
Misnie etiam à *Cæsare* obtinuerat) eumque omni consilio ac ope
 cum *Conrado*, *Comite Wettinensi*, ejusque genero, *Alberto*, *Marchione*
Brandenburgensi, ac *Egberto*, anno 1123. adjuvaret; (g) sed & postea
 sapius *Cygnæa* fuisset commoratum, perinde ac de *Chemnitio* constat,
 ubi

(c) Hoc inde clarum, quod pater *Wipertus*, Senior, inter uxorem & filium dicatur sepultus à *Chron. Pegav.* Autore p. 257. eique successerit *Henricus*, *Conf. Albin. Hist. Comitum. Leisnic. p. 27.*

(d) Ut *Schmidius* vult *Chron. Cygn. p. 168.*

(e) Vid. *Chron. Pegav. & Albin. loc. cit.*

(f) Vid. *Wilhelmum* p. 23. & *Brotuff.* *Hist. Mersb. c. 9.* ejusque *Historiam Comitis Wiperti* anno 1156. *Lipsiæ* in forma 4ta editam, in qua expresse *Lit. F. 3.* asserit, *Wipertum*, seniore, *Henricum V. Cæsarem*, ope *Cygneorum, Churitanorum & Chomannorum* ex *Polonia saluum* spontemque reduxisset, gratitudinis sue testanda ergo *Cæsarem* dehinc ipsi hanc urbem cum circumjacente provincia in feudum concessisse, quæ tamen post *Wiperti II. filii* mortem, quod hærede ille caruerit, ad Imperium redierit. Proptereaque & insignibus ipsius *cygnum* inseruisse, ceu in frontispicio ejus conspiceretur.

(g) Vide inprimis *Cosmam Pragensem Hist. Bohem. Lib. III. p. 68.*

ubi inter alia & *Monasterium splendidum condidit*, id clarissime *Friderici II.* Cæsaris diplomate ao. 1226. prid. Kal. Maj. indict. 14. dato, quod apud nos est, asserente. (*) Et si, ut est, fuit civitas Imperialis, quam quæso, aliam, quam Cæsaream iconem præferre debuisset nummus? Huic enim pronunciato Cæsareo (im *Kaiserlichen Land- und Lehn-Rechte* lib. I. Tit. XII.) semper per Germaniam, quantoque magis in ipsis urbibus Imperialibus? sua constitit veritas, vigorque: *Wir sprechen daß alle Münzen/ die im Römischen Reich seynd, die seynd eines Römischen Königs.* Und wer sie haben will, er sey Pfaff oder Ley, der muß sie haben von dem Römif. Reich, und von dem Röm. König / und wer diß nicht thut, der frevelt an dem Römif. Reich. Quid? quod & ex ipsis literis circumscriptis manifestum reddi videatur, ipsum Cæsarem eundem nummum *ibidem* cudi fecisse, *addito cygni signo*, ut locus, unde prodierit, neminem latere queat, perinde ac in aliis, & imprimis *Mühlhusinis*, observamus, Cæsares in *nummis* equitantes plerumque vel cum *Insignibus civitatis eudentis* à tergo, vel cum ipso ejus *nomine* offerri, sed de quo, ubi ad *Mühlhusinos* fuerit deventum. Neque moramur, quod in eo non *Imperator* salutetur, cum nota inter *ipsum & Conradum*, à Svevis & Francis ipsi oppositum, sint diffidia, non nisi cum morte terminata. Quid? si *sub initium Imperii ibidem* cusus? neque etiam *Ducis* titulus in eo legitur? Quid? si & in *Friderici II.* Imperatoris *nummis* vel *solum Friderici* nomen frequentius reperiatur?

§. 8. Ita aliquando opinatus sum, sed ex illo tempore venit mihi in manus *Theoderici*, Episcopi *Numburgensis*, diploma, anno MCXVIII. exaratum, ex quo rectiora nunc edoctus fui, *Wicperto* seniori omnino aliquod eminens dominium in *Cygneam* olim competiisse, inde clarissime deducendum, quod filix *Wicperti II.* Comitis in

(*) Itemque *Paulo Langio* Chron. Citizenfi pag. 787: Fundavit, inquam, *Lotharius* iste gloriosissimus Imperator memoratum nostri ordinis insigne & celeberrimum cœnobium *Kemnitz*, in diocesi & territorio *Misnensi*, in monte prope *ejusdem nominis* oppidum, quod beatissima virgini *Maria*, Sanctoque *Joanni Baptista & Sancto Johanni* Evangelistæ consecrasti fecit.

Groitsch, (illius vero conjux erat *Juditha*, Vratislai, primi Regis Bohemiae, filia) *BERTHÆ*, quam peculiari axiomate, pro istius temporis in titulis tribuendis parsimonia, *illustris* nempe *Comitissa*, (erat enim tunc *Dedonis*, *Burggravi VVettinensis* conjux) maectat, *territorium suum Cygneam*, sine dubio ex hæreditate materna, memoret; quod ista *Bertha* super *parochialem Ecclesiam ibidem* pro lubitu disposuerit; eandemque per hunc *Theodericum*, *Numburgensem* Episcopum, (cujus diœcesi tunc adscripta erat *Cygnea*) a. MCXVIII. in *honor. m. S. Mariae* consecrari fecerit; quod eam maximis sumptibus & pro honeste alendis *sex fratribus* sufficientibus, dotaverit; duobus scilicet mansis (2. *Huffen Landes*) & XV. librarum argenti puri annuis ex *teloneo Bohemico* (quo magis confirmamur in eo, quod supra de hæreditate materna conjectavimus) redditibus; quod spatiosissimi tractus, cujus termini accurate secundum omnes plagas, descripti sunt, dimidias decimas de omnis generis proventibus, non minus & decimas de *piscatione & venatione* assignaverit. Et quo rectius ab omnibus queat intelligi (luce enim magnopere indiget) placet memorabilem admodum hanc antiquitatis particulam notis quibusdam subitaneis & intra scribendum subnatis, illustrare, præsertim cum de hisce altum apud *Cygneorum* *Chronicorum* conditores, *VVilhelmum* atqve *Schmidium*, observemus silentium: “ In nomine Domini. *Theodericus*, Dei Gracia, *Numburgensis Episcopus*, (a) notum sit omnibus Christi fidelibus,

T 2

(a) Hic ipse est *Theodericus*, ex *Sacerdote* in *Episcopum IX. Numburgensem*, regnante *Henrico IV.* aliis V. anno MXI. electus, per *Adelgotum*, *Magdeburgensem Archiepiscopum*, ordinatus; & de eruditione, integritate, vitæque sanctitate omnibus tunc commendatissimus, Hic præterea est, qui anno *Episcopatus* sui tertio anno MCXIV. *Monasterium Bojauigiense*, (*Kloster Bosau*) *Benedictini Ordinis*, in honorem *Mariae Virginis* septem annorum spatii, ingentibus sumptibus construxit, *Egbertumque*, ex *Hirsaugiensi monasterio*, primum *Abbatem* eidem præfecit, *Basilicamque* ibidem anno MCXXII. perfecit, sequenti MCXXIII. anno à *Slavo*, cui *Benno* nomen, ante altare *clanculum cultro confossus*. Autor *fundationis Cœnobii Bigaug.* p. 256. Hunc *Theodericum*, *Episcopum*, *Paulus Larius* & *Jacobus Tammius*

bus, quod, petente *Bertha*, illustri *Comitissa*, (b) in territorio ejus »
Zcovickavv (c) ecclesiam parochialem in honorem beate »
Marie (d) virginis consecravimus, & eandem ipsius donationem, af- »
 fenciente *Sizzone*, Comite, (e) & ceteris ejus heredibus, *Bussawie* »
 fratribus, (qui signaculum nostrum sunt in Domino,) cum dote »
 sua

vocant *Marchionem Landsbergensem*: *Rivius* vero & *Albinus* ex *VVittekindea* familia oriundum. Hunc inter alias quoq: donationes Monasterio *Bosaugiensis* duos mansos in *Cyanea* & *teloneum* ibidem solvens *XVI*. libras tradidisse, memorat *Langius* in *Chronico Citizensi* p. 781. seqv. & (ex qua desumfit *Langius*) *Historia* fundationis Monasterii *Bosaugiensis*, addita *Chronico montis sereni* p. 284.

(b) Non excedit hoc elogium temporis illius titulos, cum sine omni plane dubio illa *VViciperti II. Comitiss* in *Groitsch* & *Eckardsberga*, itemq; *Juditha*, *VVratislai*, Regis *Bohemia*, (quæ a. *MCVII*. obiit) filia fuerit, & pater ipsius à *Paschali* Papa quoque in diplomate vocatus legatur *Saxonice gentis illustris Comes*, apud *Aut. de fundat. Cœnobii Bigaug.* p. 249. ipsa & anno *MCXLIV*. demortua. Hæc *Bertha* vero *Dedonis*, *Burggravii VVettinensis*, fuit uxor, teste *Autore fundationis Cœnobii Bigaugiensis*, p. 245. 246. & *Chron. M. S.* p. 205: *Wicbertus II.* ex sua conjuge, *Juditha*, *VVratislai*, *Bohemiae Regis*, filia, suscepit filios, *VVicipertum* scilicet, & *Hirvicum*, & filiam, *Bertam*. De *Juditha* matre vero p. 248: *Juditha*, uxor ejus, (*Wicperti II.*) *Comitissa*, filia *Regis Bohemiae*, *Fratislai* coronata adornata processit eodem die, obtulit pretiosa plurima. Et in *Appendice Chronici montis sereni*, pag. 204: *Dedo*, filius *Thimontis*, duxit uxorem *Bertham*, filiam *VViciperti de Groiz*, genuitque ex ea filiam, nomine *Machtildem*. Et p. 206: *Berta*, *Comitissa*, filia *Wiperti*, uxor *Dedonis*, *Comitis*, proprietatem suam *Groi* & *dedi* *Dedoni*, filio *Conradi*, *Marchionis*, quem filii loco enutrierat. Ipsa autem obiit a. *MXLIV*. *XVII. Kal. Jan.*

(c) Ergo in potestate habuisse *Cyaneam*, verba hæc clarissime testantur.

(d) Quod eadem dedicata fuerit *Maria*, ex eo colligo, non ædem *Divo' Maurilio* sacram in suburbio, quæ in aliis *Diplomatibus* a. 1219. à *Theoderico*, *Misniae* & *Orientali Marchione* vocatur *Parochia* in *Osterwegen* five *Zwikowe*, sed eam, quæ & hodie parochialis est, & *primaria*, debere intelligi.

(e) *Sizzone* hunc credo *Comitem Keffernburgensem*, qui forte cognatione *Bertham* attigit, aut, quod vero mihi videtur similis, *advocatum* tunc egit *Monasterii Bosaugiensis*, cujus maxima *factura*. & quasi altera *fundatrix* habita fuit postea *Bertha*; hinc & *Bussawie* *Monasterii* fratres vocat *areas* & *signaculum suum in Domino*. Imo & illam inter *fundatores* *cathedralis Ecclesie Numburgensis* offendimus in diplomate à *Theoderico*, *Numburgensi Episcopo*, anno 1249. exarato, in quo inter alia: *Quemadmodum primi Ecclesie nostre fundatores, quorum nomina sunt hæc: Hermannus Marchio*, (intellige, *Misnensis*, *Eckardi II. frater*, *Eckardi primi filius*) *Regelyndo*, *Marchionissa*, (conjug, puta, *Hermanni*, *Boleslai*, *Bohemiae Ducis*, ut volunt, filia) *Eckhardus*, *Marchio*, (*Misnensis* sc. nominis hujus *Idus*, qui cum *Hermanno* fratre translationem sedis *Episc. Ciza Numburgum* promoverunt, & uterque improles decessit) *Via Marchionissa*

tua, scilicet duobus mansis & teloneo Bohemico, (f) XV. libras an-
 nuatim solvente, assignavimus, quatenus perpetuo tempore à
 sex fratribus inibi divina, pro ejus, nostraque, successorumque nostro-
 rum memoria, peragantur. Terminos propterea parochialis eccle-
 sie eidem ab oriente rivulum, *Milsenam* dictum, à capite suo us-
 que descensum ejus in *Muldam*; à meridie montem *Luderni*, & per
 transversum descensum *scurnice* in *Muldam*, collemque *Rec-*
ma; ab occidente fontem, qui albo *distudinza* dicitur, descensum-
 que in *Plisnam*; à septentrione fossam, que *Hirsisprunck* dicitur, &
 collem, qui *Vveydemannis* dicitur vocatur, prenotamus, statuentes,
 ut prescripti termini in presentiarum culti, uti in futurum per-
 petuo tempore colendi, dimidiam decimationem eisdem fra-
 tribus solvant, & ecclesie in posterum intra prefatos limites
 construende parochie cum omni jure subjaceant, incole quoque
 decimationem piscationis atque venationis, prout illustris Comitissa
 eidem loco concessit, exhibeant. (g) Acta sunt hec Anno Domini
 MCXVIII. 1. Maji in *Bussawie* in conspectu divine Majestatis,
 presentibus testibus *Sizone*, Comite, *Herrico*, Comite, *Conrado*, Co-

T 3

mi-

missa (Eckarti II. conjux) *Syzzo*, Comes, (reputa *Kefferburgensis*) *Vilhelmus* Comes (Cam-
 burgensis videlicet) *Gepa*, Comitissa, (alias *Grege* nominata, uxor *Wilhelmi* Comitit) *Berchta*,
 Comitissa, (Dedonis conjux, *Wiperti* II. filia) *Theodericus*, Comes, (forte *Brenensis*, frater
Wilhelmi) *Gerburgia* Comitissa. (uxor *Theoderici*) &c.

(f) Largam hanc Ecclesie dotem ex *Bohemia* regno non miramur, quod *Vratislai* I. Regis *Bohe-*
mie filia mater ipsius fuerit *Juditha*, hæcque nostra ex hereditate materna habuerit.

(g) Regios propemodum hos fuisse redditus, amplum adscriptum eidem docet territorium, cum
 decimis de omnibus proventibus, piscatione itidem & venatione traditis, itemque cum paro-
 chiis in eodem in posterum erigendis, & undecim jam eo spectantibus, quæ sine dubio fuerit
 filia, 1.) *Osterwegen* (*Osterwey*), quæ diu esse desit) 2.) *Handorff*, 3.) *Bucmen*, 4.) *Schetwitz*,
 5.) *Belwitz*, 6.) *Crozn*, & ejusdem villæ capella dotata 20. modis framenti, 8. 9.) *duo Slunz*,
 10.) *Nundorff*, 11.) *Grubowe*, uti sic recensentur in diplomata *Theoderici*, *Marchionis* *Misaiæ*
 & *Orientalis* a. 1219. conscripto,

mite, (h) Mactolffo, Preposito, Timone, Preposito, Richwino, Brim-
 gero, Henrico, Canonicis nobilibus, Sigeberto, Lufone, VVernbero
 de Cudicz, Henrico cum capite Nunster, Sigebotone, Johanne, Martino,
 Volquino & aliis. Et quo rectius hæc adhuc intelligi queant, ipsius
 Henrici V. Imperatoris, Friderici I. filii, diploma subjiuemus, præfer-
 tim cum videamus, hujus saltem initium à Paulo Langio esse infer-
 tum Chronico suo Citizenfi: " In nomine sancte & individue
 Trinitatis. Henricus, Dei Gratia, Romanorum Imperator & semper
 Augustus. Ex Imperatorie Majestatis officio, nobis divinitus colla-
 to, tenemur Ecclesiarum utilitati prospicere, indubitanter speran-
 tes, per hoc felicem temporalis vite cursum, & eterne retributionis
 premium obtinere. Notum ergo facimus imperii fidelibus, presen-
 tibus & futuris, quod pro reverentia & honore Jhesu Christi & glo-
 riose matris ejus, in cujus honore constructa est ecclesia in Puzowe,
 (i) attendentes etiam devocionem fidelis nostri Alberti, Abbatis
 (k) in Puzowe, restituumus libere predicto Monasterio ecclesiam
 in Zwickowe cum duobus mansis & decimatione, teloneo, & quinquaginta
 scobronum (l) & XII. curtibus, (m) que omnia aliquanto
 tempore injuste fuerant ablata monasterio. Ad hec restituumus,
 interventu jam dicti Abbatis, prenominato Monasterio villam,
 que vallis Sancte Marie (n) nuncupatur, cum viginti duobus man-
 sis

(h) Conradum, alias Curo dictum, hunc conjicerem Comitem Beichlingensem, qui cognatione eandem attingebat, vide Chron. montisfereni p. 221. 249.

(i) Testatur & id Paulus Langius in Chronico Citizenfi p. 781: In honorem S. Dei genitricis, & perpetue Virginis Mariae dedicavit. Et p. 785: Principale quidem altare in honorem gl'riose virginis Mariae & S. Johannis Baptista. Et anno 1256 in Alexandri Pontificis diplomate vocatur Monasterium S. Mariae in Pozowe.

(k) Vixit hic jam anno 1189. referente Langio in Chronico Citiz. p. 789: Eodem anno (1189.) Albertus, Abbas Monasterii nostri Butchawe, consecit privilegium super bona, que sita sunt in villa Lotseitz &c. In vivis eundem anno 1204. adhuc fuisse legi.

(l) Agrorum forte tributariorum, Scobere enim est tributis species. Confer de Fresne Glossarium p. 746.

(m) 12. Meyer-Hoffe interpretare.

(n) Credo, hanc vallem esse hodiernum pagum Cygneæ adjacentem, Marienthal adhuc vocatum.

sis, (o) qui in vulgari dicuntur *Lehn* / & omnibus terminis suis, & omni jure advocatie, & eis specialiter terminis, quos *Ludovicus de Plaunitz*, quondam eidem ville indebite abstulerat. Statuimus igitur & imperiali edicto sancimus, ut contra imperialem paginam nulla omnino persona, alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, venire presumat, quod qui fecerit, in ulcionem pœne XL. libras auri componat, dimidium Camere nostre, reliquum passis injuriam persolvi volumus. Hujus rei testes sunt *Bartholdus*, Nuenburgensis Episcopus, *Ewerhardus*, *Merseburgensis* Episcopus, *Conradus*, Dux *Svevorum*, *Bernhardus*, Dux *Saxonie*, *Hermannus*, Landgravius *Duringie*, *Otto*, Marchio de *Brandenburg*, *Albertus*, Marchio *Misnensis*, *Conradus*, Marchio de *Landesperg*, *Sifridus*, Comes de *Orlamunde*, *Albertus*, Comes de *Werningerode*, *Rupertus* de *Thurne*, *Cuno* de *Wunzenburg*, *Heinricus*, Marscalcus de *Collendin*, & alii quam plures fide digni.

Signum Domini *Heinrici Sexti*, Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego *Conradus*, Moguntinensis sedis Archiepiscopus, & tocius Germanie Archicancellarius, recognovi. Acta sunt hec Anno Dominicæ Incarnationis MCXCII. Indictione decima, regnante Domino *Henrico VI.* Romanorum Imperatore gloriosissimo, anno regni ejus XXIII. Imperii secundo. Datum apud *Merseburg*, per manum *Sigeloi*, Prothonotarii, vi. Idus Decembris.

§. 9. Postquam nunc memoriam *Monetariorum*, quorum jam anno MCCXCVII. opera *Cygea* nostra usa est, & supra ex diplomate intelleximus, denuo refricuimus, proximos ab hoc denario, urbe adhuc in Imperii libertate stante, cusos censemus illos majoris moduli bracteatos, tunc sine dubio, cum Marchiones *Misniæ* jam ei im-

(o) *Viginti duo mansi* (22. Hufen Landes) consciunt, si mansum pro triginta agris reputamus, 660. agros sed existimarem, totidem agros feudum recognoscere debuisse à *Monasterio*. Et in Confirmatione Pontificis *Alexandri* 20. 1256: *Jus patronatus, quod habetis in Ecclesia Zuvickorve.*

perarent, conflatos, quorum descriptionem nobis communicat *Georgius Agricola*, Lib. II. de *Pondere & Temperatura Monetarum* scribens p. 298: *At Germanorum nummi argentei partim sunt puri, partim misti. Ex puro argento sunt tenuissima ille veteres bractea in Misena eruta, in quibus olores sunt impressi.* Quem *nata wida*, quoad *cygneos* sequitur *Tilemannus Frisius in Speculo Monetario* pag. 164. ita de *bracteis*, quamvis satis inepte, ut alibi docebimus, differens: *Vor tausend Jahren/ do die Wenden Dalmatien, sezo Meissen, bewohnet, haben sie mit Silber, oder silbern hoblen dünnen Pfennigen, nach Pfunden und Lothen gehandthieret/ auch lange hernach in Lande hohle Münze gehabt, wie denn der von Swickau hohle Pfennige mit dem Schwane/ wie Georgius Agricola meldet, anzeigen, bis in das 1300. Jahr / da die grobe Münze eingerissen.* Hi ipsi vero denarii, quamvis nobis non visi, interim, ut descripti sunt, non possunt non in seculum *decimum quartum* collocari, majori quippe non solum constantes forma, sed & ex puriori argento, argumento antiquioris ævi certissimo.

§. 10. Hos denarios excipiunt *minores bracteati concavi*, qui vulgo sub *penningorum nomine* comprehenduntur, & à nobis illorum *quinque* sub num. 13. 14. 16. 17. 18. Tab. II. exhibentur. In omnibus *tres cygni* conspiciuntur, ita tamen, ut posterioribus *numerus 1. unum* forte *penningum* designans, incumbat. *Materia* non constant una eademque, sed *alii aliis puriori* gaudent *argento*, pro diverso scilicet tempore, in quod *nativitas* ipsorum incidit. *Tempus* vero illorum si etiam heic detegendum, quo in lucem prodierint, illos, tacentibus licet de iis, perinde ac de superioribus, *utriusque Chronici Cygni conditoribus*, non inepte forsan in *mediam & finem decimi quinti seculi*, circa annos 1460. & 1470. collocare placet.

§. 11. Istos nunc comitentur *grossi*, quorum supra jam mentionem injecimus, & Tab. III. n. 14. & 15. ære exprimi curavimus. De horum *patria Friberga* urbs litem nobis intendere videtur, certe palmam reddere dubiam, ut mox audiemus. Illi, ut à *descriptione* ipso-

ipforum faciamus initium, *Misnensis* hodiernæ, vel, ut *Spenerus* aumat, *Wettinensis veteris galeæ ornamentum* ab una parte visui exponunt, *caput scilicet humanum ac barbatum, pileo acuminato tectum, pen- nis pavoninis supra ornato*, de quo in *Gothanis* quædam jam sumus supra præfati; ab adversa *scutum Thuringicum*, quod *leonem* ostentat, cruci impositum, cernitur, in quatuor ejus angulis circumscri- pta, velut ex abundantia, pro more tamen istius seculi, vox est: CRVX, & non, ut B. P. M. *Sagittarius Dissert. III. de Nummis Saxoni- cis* existimat: VRBR, quas literas per *VRiBeRgam* (*Misniæ urbem*) perperam vult explicatas. Multo minus audiendus hac in parte *Laurentius Faustus* est, in *Genealogia Saxonica* p. 21. ita differens: **Es haben die alten Sachsen gemeiniglich in ihrem Stamm- baum und auf der Münz ein Creutz geführt / mit den vier Buchstaben in den Winkeln des Creutzes: CCNS. welche be- deuten: Crux Christi Nostra Salus.** Damit sie zu verstehen geben wollen ihren Glauben, und daß sie ihre Seeligkeit und einigen Trost allein gegründet auf den HERN Christum. Præterquam enim quod aliæ plane, &, ut indicavimus, in iis reperiantur literæ, *illis*, quas ipse innuit, in *Friderici sapientis* saltem nummis deprehenden- dis; aliam plane reputamus subesse causam, *superstitiosum* scilicet o- mnibus prope rebus *crucem adjiciendi morem*, si non *exteriorum* num- mos, & præprimis *Regum Francorum*, uti supra docuimus, *imitandi rationem.* (a) Illinc, ut ad *literas* grossorum redeamus, has legi- mus: GROSSVS MARCHIONUM MISNENSIS; Hinc vero: Fri- dericus DEI GRACIA TVRINGIE LANdGRAVIUS. *Duplicis* præterea sunt *generis*, nempe non solum à *Friderico placido*, qualis est, quem jam dedimus; sed etiam à *Wilhelmo*, fratre, *Landgravio Thu- ringiæ*, [ut numerus 15. indicat] fieri jussi, in quibus tamen nihil mu- tatum invenimus, nisi quod loco F. litera W. conspiciatur, per o- mnia alias & *ratione formæ & materiæ convenientibus.* *Denominatio- nem* ipforum quod concernit, eam illi à *capite Judæi pileato*, sive quod

U

ve-

(a) Vide Dissertationem nostram de *Nummis Isnaensibus* p. 3. 4. seq.

verum illud tale sit, five quod vulgo tale visum, sortiti sunt. Illius certe rationem reddere viderur Petrus Lambecius ex Constitutionibus Guidonis Tit. S. Laurentii in Lucina Presbyteri Cardinalis in Synodo provinciali Vindobonensi 4. Eid. Maji 1267. promulgatis, quæ inter alia ita habent: (b) Cum in tantum insolentia Judæorum excreverint, ut per eos in quamplurimis Christianis jam dicatur infici puritas catholica sanctitatis, non tam nova condentes, quam summorum Pontificum statuta vetera renovantes, distincte præcipimus, ut Judæi, qui discerni debent in habitu à Christianis, CORNUTUM PILEUM, quem quidem in istis partibus consueverunt deferre, & sua temeritate deponere præsumserunt, resumant, ut à Christianis discerni valeant evidenter, sicut olim in generali concilio extitit definitum. Quicumque autem Judæus sine tali signo deprehensus fuerit incedere, à domino terræ pœna pecuniaria puniatur. Audiverunt & seculo 15. iidem grossi barbati, (bärtigte Groschen) quod vir illis impressus proluxa gauderet barba. (c)

§. 12. Exposito ita ipsorum nomine, ad tempus percussoris delabimur. G. Fabricius Lib. VII. Orig. Saxon. fol. 754. trigesimum novum refert seculi decimi quinti annum; A. Möller in Annalibus suis Fribergensibus quadragesimum; L. Wilhelmi vero in descriptione urbis Cygneæ p. 196. ac Tobias Schmidius in Annalibus Cygneis p. 201. quadragesimum quartum; quem postremum retinendum maxime esse, præter seorsim expressa fratrum in iis nomina, svadere etiam videtur Georgii Agricole, Viri gravissimi atque hujus rei scientissimi, autoritas, id conceptis verbis l. c. p. 300. affirmantis: Eos, qui ex Judaico capite cognomen traxerunt, iidem fratres, Fridericus & Wilhelmus, jam Duces Saxonie facti, signarunt anno MCCCXLIV.

§. 13. Locum vero præprimis nostræ nunc esse considerationis facile apparet, quem Cygneam eo ipso, quo inter Cygneos eos retulimus,

(b) Tom. II. Commentar. Bibliotheca Vindobon. fol. 66.

(c) Horum in Consultatione Wilhelmi Landgraviæ, forte circa annum 1444. mentio fit, quod cito ab hominibus reconditi fuerint & disparuerint, und verschwunden gar / als das vorgesehen die den bertechten Grosschen, die verschwunden auch gar bei den Leuten etc. uti supra quoque monuimus.

mus, volumus. Neque deesse nobis etiam fundamentum, cui hanc superstruximus sententiam, ex sequentibus constabit clarius. Siquidem id totidem verbis asseverantem statim producimus *Laurentium Wilhelmum*, & l. c. p. 196. hæc perhibentem: Anno 1444. **sen** die **ganzen Groschen** allhier/ so man **Jüdenhüte** genennet, **erstlich** geschlagen worden. Ex quo sine dubio postea haufit ac repetiit *T. Schmidius* in *Chron. Cygneo* p. 201. ad annum 1444. eadem referens: Um diese Zeit sind die ganzen Groschen/ so man **Jüdenhüte** genennet, **erstlich** hier zu **Zwicka** geschlagen worden. *Möllerus* contra in *Chronici Fribergensis Annalibus* p. 86. *Fribergæ* sua illos adjudicat, ita scribens: Welche (**Friedrich** und **Wilhelm** Gebrüdere) noch dieses Jahr (1440.) eine *Reformation* in der *Münze* fürgenommen/ und **grosse ganze Groschen** mit **Jüdenköpfen**/ die man da her **Jüdenhüte** genennet, wie auch kleinere mit **Löwen**/ zu **Freyberg** münzen lassen, der **grossen** habē **zwanzig**/ der **kleinen** **sechzig** einen **Reinischen Guldē** gegolten/ laut *Fabricii Berichts in Origin. Saxon.* fol. 754. *Fabricium* proinde si consulimus porro, ad quem nos remittit, *locum* illum plane tacere deprehendimus, sed saltem ista ad annum 1439. (rectius 1440. & sequentes) memorantem: *Renovata itidem res nummaria, percussi nummi cum capite Judæi pileato, quorum viginti aureo valerent Rhenano, tum nummuli dicti Landsbergenses, quorum sexaginta eundem aureum pretio æquarent.*

§. 14. Quantum itaque conjecturis possumus assequi, illos cum *capite Judæi pileato Cygnea* rectius vindicari credimus, non solum patrum rerum scriptorum nitentes autoritate, *Wilhelmi* scilicet ac *Schmidii*, sed & in fontibus illis, quos *Möllerus* haufit, id quod subinnuit, non reperientes, hoc est, *Fabricio*, qui sua iterum omnia procul dubio *Agricola* debuit, *certum percussione locum non definiente*. Cum ergo *hic*, perinde ac *Agricola*, *locum* taceat, imo nec *tempus* tradat; exposita siquidem *Friderici simplicis* morte (quæ non anno 1439. ut *laudatissimus* dicit *autor*, sed demum anno 1440. die 4. Maji contingit) statim pergit: *Secuta statim exactio est &c.* dehinc: *Renovata*

atidem res nummaria &c. Atque adeo videmus, *Möllerum* ea, quæ heic invenerat, statim *Freibergæ suæ* in *Annalibus Freibergensibus*, & quidem *anno sequenti* adscripsisse, qua fide, penes B. Lectorem esto iudicium. Præterea, cum *in utroque non conjunctim* compareant *Serenissimorum fratrum nomina*, quilibet videt, eos fuisse signatos, animis ipsorum jam distractis, quod post annum 1440. maxime contigit, nondum tamen divisione provinciarum facta, quam ao. 1445. institutam fuisse novimus, quippe quo, vel ipso referente *Schmidio*, (d) *Wilhelmus Cygneos suos a juramento fidelitatis absolverat*, ut adeo *precedente* adhuc *anno Cyneæ* vel *utriusque fratris*, vel *Vilhelmi solius*, & *FridERICI Fribergæ*, ob animorum disjunctionem, &, si *Moller*, notitiis forte edocti, relationem non plane nullam reputare velimus, fuerint percussi.

§. 15. *Exposito nunc loco ipsorum ac tempore*, progredieremur ad reliquos, nisi occlamantem heic haberemus *Tilemannum Frisum*, ac hosce nostros (e) in annum 1390. rejicientem hisce: **Und in dem 1390. (Jahre) hat der Marggraff Wilhelm von Meissen/ Cocles genant, beneben seines Vatern Bruder/(rectius fratre) Landgraff Balthasarn in Thüringen/ Groschen geschlagen/ die Jüdens Köpffe genant, 90. auf die Marck und 9. Loth ins fein/ deren 20. einen Keimischen Gilden gegolten/ die seine Marck auf acht Goldgilden ausgebracht.** Alios ergo si iterum hoc de negotio consulimus, eadem prope, nisi quod *aliud nomen* iis indat, ac *num- rum octogenarium* ipsorum, si *marcæ* debeat respondere, substituatur, nobis suggerit *Mollerus* p. 67. in *Annal.* scribens: **Anno 1390. sind auf Befehl Land- und Marggraff Wilhelm/ Coclitis, zu Freyberg die alten Wilhelms-Groschen gemünzet worden, deren 80. eine Marck gewogen/ und im Werth 9. Loth Silbers und 7. Loth Kupffer gehalten/ wie solches Agricola Lib. II. de pondere & tempera-**
tura

(d) pag. 202. & in *Annalibus* p. 236.

(e) In *Specul. Monet.* p. 164.

tura monetarum beschrieben. Prius vero, quam *Agricolam* ipsum, ad quem provocat *Möllerus*, accedamus, *Fabricium* audiemus, sed, ut patebit, obiter saltem illos tangentem, ac hæc modo p. 673. in *Originibus Sax.* ad ann. 1396. referentem: *Rem nummariam* (*Wilhelmus*) restituit, & **NUMMI WILHELMINI** nomen ab eo retinent. Res ergo sic omnis denique denuo ad *Agricolam* redibit, qui & nobis facile totam dirimet litem. Iste vero de iis non solum l. c. p. 269. ita: Quomodo etiam nummi quidam argentei *Miseni* à **WILHELMO** Principe **VVILHELMICI** sunt appellati; sed & pag. 299. hunc in modum: Extant præterea, etsi pauci, vetustiores argentei, quos majores nostri, cum tributa conferrent, dominis numeraverunt. Etenim anno **MCCCXC.** **VVILHELMVS**, cognomento *Cocles*, Princeps *Misena*, & *Balthasar*, Princeps *Toringia*, fuit vero *Balthasar* *Wilhelmi* patruus, (frater) *exbesse*, (*Marck*) qui quatuor uncias & semunciam (9. Loth) argenti in se continerent, signarunt octoginta. Atque hi **VVILHELMINI** sunt dicti. Qui vero **POSTEA** percussi sunt, **PARTIM EX ALTERO VVILHELMO**, jam *Duce Saxonum*, **PARTIM EX JUDAICO CAPITE** cognomen traxerunt. Quoniam vero eorum viginti aurei *Rhenano* permutantur, eo modo *bes* argenti minoris venit, nempe aureis *Rhenanis* octo. *VWilhelminos* vero alteros, fratres, *Fridericus* & *VWilhelmus*, Principes *Misena*, & eorum agnatus, *Balthasar*, Princeps *Toringia*, percusserunt anno **MCCCC.** Ex quo sole meridiano elucet clarius, *Frisium* quadrata, pro more, miscuisse rotundis, atque non solum falso perhibuisse, illos cum capite *Judai* pileato anno 1390. fuisse conflatos, cum *Agricola*, *Fabricius* ac *Möllerus* illos eo tempore à *VWilhelmo*, *Cocclite*, cufos, uno calamo **WILHELMINOS** appellent; sed & ipsorum 90. confecisse *marcam*, *Agricola* & *Möllerus* 80. saltem memorantibus. Ex *Agricola* insuper dispalescit verbis, ut hæc *ως εν παροδοις* addamus, alios & recentiores, *VWilhelminos* pariter dictos, à *Friderico* & *VWilhelmo* fratribus, & patruo *Balthasare*, Landgravio *Thuringia*, ao. 1400. fuisse cufos, quos sine dubio intelligit *Frisius*, hæc p. 125. l. cit. prodens: **Die Marggraffen von Meissen und Landgraffen in Thüringen**

gen haben auch nach der Arth / (aber noch geringer) wie sie anno 1390. angefangen/ Fürsten-Groschen, Wilhelmer genannt, geschlagen; Alios denique & esse *VWilhelminos*, à *VWilhelmo*, *Friderici Placidi fratre*, nomen fortitos, eodemque tempore, si *Agricola* credimus, percussos, *Leonem*, *Landsbergensē tenentem scutum*, offerentes. Ita enim pergit ibidem *Agricola*: *Iidem fratres eodem tempore etiam percusserunt nummos, quorum tres valebant uno VWilhelmino, atque sexaginta aureo uno Rhenano. In eos autem impressus est Leo cum tribus trabibus, quae sunt Insignia Landsbergensia, ejusmodi nummi centum pendunt bessē, in quo inest argenti fescuncia. (3. Loth.) Qua ratione bes argenti venit octo aureis Rhenanis, & tredecim id genus nummis cum tertia unius parte. Qui residui nummi partim numerantur monetariis, eorum vero admodum pauci extant.* Ex quo non solum sua hauserat *Fabricius*, quae supra ex *Originibus* p. 754. retulimus, sed & *Agricolam* sequutus est iterum hac in parte *Frisius*, p. 125. scribens: *Darnach sind gemünzet worden anno 1444. die Groschen mit den Löwen/ das Wapen haltende mit den Baldken / deren 3. einen Wilhelmer thaten. Et paulo post: Und haben die Fürsten von Sachsen und Meissen ao. 1444. sich bemühet / die frembde Münze verbotzen, und neue schlagen lassen. Pag. vero 164: Ao. 1444. seynd die Fremden eingeschobene Münzen im Lande zu Meissen verbotzen/ und andere neue Groschen gleicher Werthe von dem Herzogen von Sachsen und Marggraffen zu Meissen geschlagen worden. Um dieselbe Zeit seynd die Groschen mit den Löwen/ das Landsbergische Wapen mit den 3. Baldken haltende / 100. auf die Mark und 3. Loth ins fein/ deren 3. einen Wilhelmer gegolten/ geschlagen, davon die alten Meißnische Schock kommen, deren 60. 20. Wilhelmer, oder einen Goldgülden der Zeit gemacht, istiger Zeit 20. Fürsten-Groschen/ oder ein alt Schock. Ex quibus *Frisii*, & inprimis *Agricola* verbis interpretandus nunc est *Fabricius* ac corrigendus, qui perperam grossos impurioris æris, *leonem*, Insignia Lands-*

Landsbergensia tenentem, exhibentes, supra *Landsbergenses* vocavit *nummulos*, quos *grossos* rectius appellasset.

§. 16. Ad *reliquos* nunc properamus *nummos Cygneos*, & ad eos devenimus, qui vulgo tunc temporis audivere *grossi acuti*, (*Spiz-Gröschgen*) sine dubio ex eo, quod *minores sint ceteris*, typoq; *nitidiori* accirculis, *acutis angulis* conspicuis, qui insignia includunt, percussii. Præferunt illi, quos vidimus, & num. 16. Tab. III. exhibuimus, ab una parte *insignia Saxonica*, *rutam* scilicet, & has circa literas: *Ernestus, Wilhelmus, Albertus, Dei Gratia, DVces Saxonia, Thuringie Landgravii, Marchiones Misnenses*; ab adversa *insignia Landsbergensia*, circulis circumdata, ut diximus, in acutos angulos desinentibus, & has rursus literas: *GROSSUS NOVUS MARCHionum MISNensium*, additumque annum truncatum vel 77. (1477.) vel 78. (1478.) cujus iconem dicta repræsentat tabula. Par ergo illud *Illustrissimorum Fratrum cum Patruo Wilhelmo III.* hoc nummorum genus nobis dedit, cui res nummaria maximum huc usque florem per *Misniam* ac *Thuringiam* debet, de quo alibi & pluribus, nunc paucis adhuc de his ipsis. Et quidem *materiam* quod concernit, illi ex purissimo conitant argento, talique, qualis officinam modo exit excoctoriam. Indeq; fuit, quod non solum *grata illorum semper fuerit acceptio & commutatio*, quod inter alia & de *Tetzelio*, æruscatore, Vir piissimus *Joh. Matthæsius*, in suo, quod de *vita Lutheri* conscripsit, opere, memoriae prodidit; (f) sed & pretium illorum brevi post tempore ita auctum fuerit, ut mox *quindecim pennings*, demumque *octodecim* vauerint, exinde *Misnensibus nostris Sunsszerlein* atq; *Achtzerlein* appellati.

§. 17. *Tempus & locus percussionis* in primis restant nobis adhuc investiganda, de quo utroque magnam novimus inter Scriptores esse discrepantiam; atque de primo prius. Vix vero heic iterum au-

(f) p. 11. b. scribens: Wie solches vor den Abtiss: Martirer kommet, der Römisch Brief/ Wachs und Bley an gute Schreckenberger/ Spizgröschel und Goldgülden stach/ sehet Tetzal an zu suchen ic.

audiri meretur *Tilem. Frisius*, de iis hæcce absona circa tempus tradens: Darnach anno 1457. seyn die alten Spitzgroschen mit dem Baldken auf 12. alte Pfennige erstmahls geschlagen, seyn aber bald auf funffzehen gestiegen. Veriora paulo his tradere videntur *L. V. Wilhelmi & T. Schmidius*, qui illorum nativitatem in annum 1472. collocant, quorum verba infra producemus. *Tobias Heidenreichius* in *Chronico Lipsiensi* anno 1474. & *Lipsiæ* illos vult cufos. (g) *Petrus Albinus* in annum 1476. illos rejicit, non addito loco, quo nati fuerint. Si dicendum ergo, quod res est, vero nobis accedere videtur propius, illos annis 1477. & 1478. *Cygnæ* ac plurimos quidem fuisse conflatos. Nam, ut verum fateamur, nobis de annis 1473. 1474. 1476. nulli hæctenus, sed saltem de annis 1477. & 1478. in conspectum venerunt, nec unquam sine anno signati, quod aliud conijcere svaderet. Idque, quod diximus, vel ex eo probabile redditur magis, quod sciamus, ab anno 1472. maxime effloruisse metallifodinas Schnebergenses, quarum argentum primum omne *Cygnæ* typarios subiit, id totidem verbis docente *T. Schmidio*. (h) Ut tamen non præfracte dicere audeamus, illorum nullos plane dedifese

(g) p. 76. ad ann. 1474. scribens: Auch sind in diesem Jahr zu Leipzig us Churf. Ernste und Herzog Albrechts Anordnung Spitzgröschlein zu 15. Pfennige gemacht worden.

(h) Chron. Cygn p. 221. scribens: Es sind aber anfänglich nicht die Silber auf dem Schneeberg, sondern zu Zwickau geschmelzet/ und daselbst eine Zeitlang vermünzetzet worden. So hat der Zehndner da gewohnet, dannenher noch ein Dorff nicht fern von Wiesenburg zwischen Schneeberg und Zwickau an der Mulda die Silber-Strass genennet worden, so zuvor die arme Ruhe geheissen, und dem von Uttenhof zuständig gewesen. So wird auch noch die Brücke beym selben Dorff die Silber-Brücke genennet. *Christianus Meltzerus* vero in *Descript. Schnebergæ* p. 161: Gleichwie aber Anfangs, ehe der Schneeberg sich zu einer Stadt angelassen, und des Bergwercks Bestand sich geeignet, das stattliche Erz nach Zwickau verführet, und daselbst an der Mulda / wo der Holzanger ist, geschmelzet worden, - - und hernacher eine gute Zeit das Silber hinein in die Münze geführet worden. Also ist auch dazumal die Münze in Zwickau gewesen/ und erstlich mit anno 1500. uf den Schneeberg kommen, und dieses darum, weil in der dritten grossen Bergordnung, so anno 1500. gegeben/ vondenen Landes-Härsien Verfügung gethan wird/ daß unverzüglich auf diesem Berwerck den Gewercken und Arbeitern zu gute gemünzetzet werden solle. Conf. *Albini Chron. Metall.* p. 28. & *Wilhelmi Descript. Cygn.* p. 147. Ex illo vero tempore & *grossi Schnebergenses* his *In-*
dul-

se *Lipsiam*, modo non alii fuerint, ac quales de anno 1477. & 1478. ex puro argento conspeximus, sed tales, qui ab una parte *rutam*, circumferentiis itidem, angulis acutis præditis, circumdatam exhibent, cum his literis: *Ernestus, Wilhelmus, Albertus, Dei Gratia DUCES Saxonie Thuringie Landgravi, Marchiones Misnenses*; ab altera leonem in scuto, circumscriptum: *GROSSVS NOVVS MARCHIONVM MISNENSIVM*. 77. (1477.)

§. 18. Succedat itaque locus officinae monetariae ipsis destinatus, cum jam non amplius ignoremus civitatem eudentem, eandem nobis & *Laurentio Wilhelmi, & T. Schmidio & Petro Albino* uno velut ore prodentibus. Istum vero in *Descript. Cygn.* p. 199. ad annum 1472. his indicat prior: Hat man allhier die kleinen Gröschlein / die da 15. Pfennig gelten / geschlagen / Spitzgröschle genannt / in der Rängin Hauß, usq. Holzmarkt, do hernach Wolff Opel und dessen Sohn / Bürgemeister Carl Opel / nachmals desselben Eydam Philipp Meise (des Rathes) von Weyda bürdig / gewohnet. Iisdemque verbis hoc repetit *Schmidius* in *Annalibus Cygneis* p. 223. saltem addens, quod suo tempore ædes illas *Johann. Welherus*, Senator, incoluerit. *Albinus* vero hunc in modum de iisdem:

indulgentiarum nundinatoribus non tantum erant in deliciis, (qui scilicet ab anno 1500. *Schneberga* ab *Andrea Funckio* cusi fuere, suntque illi, qui hodie corrupte à vulgo *Schneeber* / vel *Schnieber*, vocantur) sed & *Roma* tantum nacti fuere æstimium, ut Pontifex *Julius II.* Legato Cardinali, ad *Conventum Trevirensensem* a. 1512. ablegato, inter alia injunxerit, se eo conniti debere, ut, supra *indulgentias*, & alios annuos redditus, à quovis capite in imperio Romano grossum *Schnebergensem* per aliquot annos Pontifex acciperet, essetq; ipsi argenti copia contra *Turcas* debellandos. *Myconii Chron. Gothanum* pag. 12. Qui grossum solvebat *Fribergæ*, illi licitum erat tempore quadragesimali caseum butyrumque secure comedere, vi *indulgentiarum Innocentii VIII.* *Andrea Molleri Chron. Freib.* p. 51. & in *Annalibus* p. 131. 137. Imo idem Pontifex a. 1512. injunxerat *Alberto*, *Magdeburgensi Archiepiscopo*, ut subditi sui *Episcopatus* licentiam comedendi butyrum & caseum per quadragesimale tempus, soluto grossu, coemerent. *Molleri Annales* p. 158. *Seck. Luther. Hist.* p. 13. De ingenti summa his artibus *Romam* quotannis ablegata, supra laudatus conqueritur *Myconius*: Und wiewol dieses unzehlig Geld truge, denn alle Spinnerin, Wittfrauen, auch die das Allmosen nahmen, wollten Ablass lösen, und ihrer Freund Seelen, die sie alle im Fegfeuer achteten zu seyn, erlösen, legten ein 2. 3. 4. 5 *Schneberger*, löseten auch Ablass-Brieff etc. *ibid.* p. 20.

dem : Die Spitzgröschlein / damit wir solches hier auch gedenc-
cken / seynd zuvor im Jahr 1476. von dem Schnebergischen
Bergwerck zu Zwickau gemünzet worden / und hat eins nur eis-
nen Silbergröschlein goltten. nachmals 15. Pfennig / daher mans
noch Fünfterlein auf den Schneberg zu nennen pflegt / endlich ist
eins auf 18. Pfennig kommen / dabey es noch bleibt. Und dannen-
hero sie auch von etlichen Achtzerlein genennet werden. Ut adeo
*officinam nunc monetariam in domo scilicet Rangiana, in foro ligna-
rio sita, cum reliquis earundem ædium possessoribus sciamus.*

§. 19. Reliquos ut porro investigemus, quos *Cynea* nobis de-
dit, nummos, instituti nostri nos admonet ratio. Occurrunt vero
jam *grossi*, qui vulgo *cenfuales* audiunt, (*Zinsgröschlein*) sine dubio
quod tributum ac census *hoc monetae genere à subditis Magistratui fue-
rit persolutus*; itemque *argentei*, (*Silbergröschlein*) quod ex argento
puriori, ex *Schnebergensium* scilicet *fodinis* eruto, fuerint conflati, eo
certius *Cynea* vindicandi, quo clarius *Cynea matrem* profitentur.
Sistunt vero *isti*, ceu icon Tab. II. n. 19. docet, in anteriori parte, *Fri-
derici Sapientis, Electoris* caput, mitra *Electoralis* tectum, dextra gla-
dium gerentis, eumque dextro imponentis humero, circum positus
circa quatuor scutis, Electoralis scilicet, *Saxonico, Misnico & Thuringico,*
vocibusque sequentibus: *FRIDERICUS ELECTOR* [minus recte *B. P.
Mart. Sagittarius* heic legit *ALBERTUS*] (i) *IOHANNES DVCE SAXO-
niæ*; ab adversa parte *galeam Electoralem* Saxoniae coronatam, orna-
tamque *cornibus foliatis*, medium habentibus *pileum turbinatum* ac
pavoninis pennis fastigiatum, [& non, ut iterum *P. Mart. Sagitta-
rius* vult, *parmulam & galeam Comitatus Provincialis Thuringiae*] (g)
cum anno 1492. sequentibusque vocibus: *GROSSUS NOVUS
ZWICKAVIENSIS.*

§. 20. Multum cæteroquin diversos, aliquid cum literarum
discrepantia, itemque anno 1493. conflatos eosdem deprehendimus.
In

(i) Differt, III, de Nummis Saxon, A. 2. (k) Ibidem.

In aliis siquidem voces illæ ita leguntur: *FRIDERICUS, E (Ruta) LE-
 Etor IO (Leo Misuicus) hannes, DVCEs S (Leo Thuringicus) AXO (Gla-
 dii Electorales) nie*; adverfa pars vero eandem *galeam Ducatus ac E-
 lectoratus Saxonia*; ac ad ejus latera annum 1492. verbaque: *GROS-
 SUS NOVUS ZWICKAVIENSIS*, fiftit. In aliis rursus iftas sic offen-
 dimus: *FRIDERICUS Elector Johannes GEORGIUS DVCEs SAXONIE*
 (æ); à posteriori parte: *GROSSUS NOVUS ZWICKAVIENSIS*
 1492. Alii iterum ita illas habent: *FRIDERICUS Elector Johannes GE-
 oRGIUS DVCEs SAXONIA*; hinc autem: *GROSSUS NOVUS ZWI-
 CKAVIENSIS 1492.* Licet ergo *Grossi* ipsi fatis loquantur suam pa-
 triam, nihilominus sunt & alii nobis testes, idem confirmantes.
 Atque in his præcipuus ac toties laudatus patrius *L. Wilhelmi* loc. c.
 p. 147. hæc nobis communicans: *Es ist auch vor dem 1500. Jahre
 die Münze, so die Chur- und Fürsten zu Sachsen angerichtet, allhier ge-
 wesen. Man hat, wie man denn alte Zinsgroschen findet, so 1492. all-
 hier geschlagen, an der Mulda im Anfange des Schnebergischen Berg-
 werckes das Erz geschmelzet/ und sind die Smelzhütten an der Mulda, wo
 iso der Holzanger ist/ gestanden, auch da solche Hütten nach Schne-
 berg transferiret worden, dennoch das Silber eine lange Zeit noch
 nach Zwickau geführet worden.* Ac *P. Albinus* in *Chronico Metall.*
Misp. p. 45: Gleichfals sind die Silbergroschen auch anfänglich von dem
 Schnebergischen Silber zu Zwickau, und nachmals auf dem Schne-
 berg meistentheils gemünket worden, derentwegen, wie zuvor die Spitz-
 gröschlein, also iso die Zinsgroschen auch noch in Osterreich und Thüringer-
 Lande Schneberger genennet werden. Gemella plane his tradit pari-
 ter *Christian. Meltzerus* in *Descriptione Schnebergæ* p. 164. quæ repetere
 superfedemus, observantes saltem, postquam monuimus, ao. 1497.
 adhuc *monetariam officinam* heic viguisse, & *nummos cum gladiis Ele-
 ctoralibus & trabibus Landsbergenfis*, heic, sicut & alibi, fuisse signa-
 tos, (1) ex illa circa annum demum 1500. *officinam monetariam Schne-
 bergam* fuisse translata; quamvis & *Cygnæ* ex illo tempore non
 pla-

X 2

(1) Vide supra ad hunc annum Nummos Gothanos, ubi hoc pluribus jam exposuimus.

plane operæ monetariorum cessaverint; & rei monetariæ *Præfatum*, cujus curæ illos debemus, *Conradum* scilicet *Funccium* tunc extitisse, qui non solum *Friderico II. & Ernesto ac Alberto Lipsiæ*, sed & *Cygnæ* ab hoc fuerit ministerio, sciamus. (m) Quot deniq ipsorum ex besse argenti confecti fuerint, ne & id nesciamus, id nobis revelat *G. Agricola* l. c. p. 301. scribens: *At nummi, quibus tributa persolvimus ex besse argenti puri signantur centum nonaginta tres, atque remanent undecim quarta & vicesimæ unius ejusmodi nummi partes.*

§. 21. Ex decimo quinto seculo cito nunc transimus pede in *decimum sextum*, in quo primum ex *Cygnæ* oriundi nobis obveniunt *penningi minores, rutam Saxoniam* impressam præferentes, ac exinde *Misnensibus Kauten-Pfennige* vocati, factique ex iis, qui *leonem* ostenderunt, ac *leonini* (*Löwen-Pfennige*) vulgo fuere nuncupati. Id certe non obscure colligitur ex *Chronico Wilhelmi*, p. 208. scribentis: *Diesen Sommer (1512.) seyn die Kautenpfennige aus den Löwenpfennigen geschlagen worden;* itemque *Schmidii*, ad annum itidem 1512. p. 263. hæcce suggerentis, si non verba *Wilhelmina* exscribentis: *Den Sommer ist viel Geld vermünset, insonderheit die Kautenpfennige aus den Löwen-Pfennigen gemacht worden. Quamvis vero uterque non addat locum, probabile tamen est, utrumque loqui de Cygnæ, utpote cujus conscriberent Chronicon, & supra in Gothanis ad hos annos id pluribus jam confirmavimus. Qui vero typos eorum cum *ruta* *Cygnæ* ann. 1512; tum cum *leone* jam ante percussorum, videre desiderat, eos Tab. I. n. 15. & Tab. IV. æri traditos offendet.*

§. 22. Ex illo tempore *officinam monetariam* non plane perperuas egisse ferias, admodum videtur vero accedens, quamvis, quos ex ea interea acceperimus nummos, dicere non habeamus. Hoc tamen novimus, anno 1530. *die Lunæ post Dominicam*, vulgo *Reminiscere* dictam, *novam in arce Ostersteinio, Electoris, sine dubio Johannis,*

(m) P. 162. ubi inter alia: *Und sonderlich auch die Silber Groschen, 20. für einen Schildem, zu Dwickau geschlagen hat,*

nis, jussu & auspiciis, *exstructam fuisse officinam monetariam*, primoque mensis Maji die non solum *nummos unciales*, sive thaleros, sed etiam *semiunciales*, seu semithaleros, item *didrachmos*, aliosque, qui hodie adhuc nonnunquam in manus nostras venire solent, Electoris nomine & *Insignibus* notatos, ibidem fuisse signatos, totidem verbis id exponentibus & *L. Wilhelmo* pag. 226. & *T. Schmidio* p. 37. & *Christian. Meltzero* p. 164.

§. 23. Hanc vero non diutius ac in annum usque 1534. durasse, ac eo ipso *mox post Nativitatis Christi festum Schnebergam*, unde alias argentum erat devehendum, & postea anno 1558. *Dresdam (n)* fuisse translata, iisdem, *Schmidio* scilicet & *Vilhelmo*, debemus loc. cit. p. 227. itemque *Meltzero* p. 164.

§. 24. Atque ab illo tempore nummum, quem producimus, invenimus nullum, nisi illum *quadrangularem*, quem vulgo *Klippam* appellare consuevimus, sub n. 20. Tab. II. æri insculptum. Illinc *tres cygnos* repræsentat, vulgatissimum urbis *diſyua*, cum anno 1573. hinc *versum pentametrum*, & *rationem percussionis reddentem*, & *annum* revelantem literis Romanis, sicque sonantem:

EX Merito nVeVs Dona reponit oLor;

numerumque anni iterum 73. cum literis I. & S. nomen forte *Præfecti monetarii* designantibus. Et *hic ipse fuit nummus*, qui *præmiis loco sagittariis propinquiori ad metam ictu tela jaculantibus juxta cum pisce affato*, ac *duabus similis*, in orbe stanneo & vitro vino pleno per præconem fuit distributus. (o) Frequentia scilicet, ceu notissimum est, superiori seculo erant vel arcubus ad metam sagittas diverberandi, vel bombardis globulos explodendi exercitia, certaminaque. Et talia quidem *Cygnæ* jam *Fridericus placidus*, Elector, a. 1480. vel 1486. (& non 1489. uti *Wilhelmi* p. 133. & *Schmid.* p. 26. tradunt, quippe quo Elector memoratus tribus ante annis obierat) propositis, brabæi loco, ab ipso *centum florenis*, præsentemque insigni magnatum multitudine;

X 3

item-

(n) V. *Jenisi* Descript. Anneb. p. 31. & *Weck.* Chron. Dresd.

(o) *Laur.* *VVilo.* p. 136, 137, 138. *Schmid.* Chron. Cyg. p. 531. 532. 533. & in *Annal.* p. 403.

itemque alia *Cygnæ urbis Senatus* anno 1536. constitutis in præmii locum 15. *florenis*, (p) instituerant. Sed longe solennius, ac, ut tum audiebat, *Principum erat certamen*, (*Fürstenschießen*) quod tunc *Nobilissimus urbis Cygnæ Senatus* sumptibus maximis, ac ut rationes, quæ in curia adhuc supersunt, docent, ad 2829. *florenos* assurgentibus, curâ *Matthæi Richteri & Nicolai VVunderlichii*, Consulum, dicto anno 1573. in *Augustissimi Electoris AUGUSTI*, veri *Patriæ Patris*, quoad vixit, honorem instituerat, qui ipse non solum cum *Serenissimo filio, Christiano, gratiosissima sua præsentia urbem dignatus fuerat*, sed & sequentes *Principes, Comitesque*, hospites secum adduxerat, (q) *Georgium* scilicet, *Episcopum Bremensem, Ducem Saxo-Lauenburgensem, VWilhelmum, Landgravium Hassiæ, Georgium Fridericum, Marchionem Brandenburgensem, ejusque Conjugem, Carolum & Fridericum, Comites Palatinos Rheni, Johannem Hoyerum & Johann. Georgium, Mansfeldenses, Burchardum, Barbiensem, Wolfgangum, Henloensem, Burchardum, Hardeccensem, Henricum seniore, Henricum medium, & Henricum juniorem, Plavienses, Comites, Georgium de Schönburg, filiumque Joh. Hoyerum, Paulum Martinum de Polheim, Anarchum Fridericum de Wildinvels, Dominos, Christophorum nobilem de Planiz, aliosque nobilium quamplurimos. Ex civitatibus sagittarii invitati evocatique erant sequentibus: Noriberga, nempe, Erfurto, Lipsia, Witteberga, Dresda, Egra, Valle Joachimica, Friberga, Chemnitio, Schneberga, Annæberga, Marieberga, Misena, Hayna, Torga, Leucopetra, Vinaria, Coburgo, Jena, Gotha, Isenaco, Altenburgo, Ciza, Pirna, Mitweida, Borna, Neostadio ad Orilam, Numburgo, Hala, Curia, Weida, Salfeldia, Reichenbachio, Penico, Amberga, Cassellis, Anspachio, Kitzinga, Schwabaco, Schmolla, Rochlitzio, Slana, Colditzio, Döbela, Eulenburgo, Glaucha, Grimma, Hertzberga, Merselburgo, Olsnitzio, Pegarvia, Pösnico, Plavia, Ruspa, Waldenburgo, Zchopa, Gœpingaque. Convenierant sagittariorum 187. numero, propositumque iis summum erat centum florenorum præmium, quod *Joh. Hofnerus, Doctor juris Noriber-**

(p) *VWilhelm*, p. 133. 134. *Schmid*, p. 528.

(q) *Schmid*, p. 531. *VWilhelm*, p. 133. 134.

bergenſis, 24. ſagittæ ictibus propioribus tulerat. *Domui*, in qua Principes ſagittarii agebant à Senatu inſcripti erant ſequentes verſus, à Rectore tunc temporis Cygneo, *M. Juſto Ludovico Briſchmanno*, compoſiti:

*Hæc eſt læta dies niveo ſignanda lapillo,
Qua videt AUGUSTUM ſubdita terra Ducem;
Hunc ſibi CYGNEI cives gratantur honorem,
Vive diu populis, Dux generoſe, tuis!*

Plura vero de hoc certamine, ſumma tranſacto lætitia, ſcire cupientem, ad integrum de eo *Benedicti Edelbeccii* conſcriptum, annoque 1573. in forma octava editum libellum, ablegatum volumus.

§. 25. Ad ſæculum *decimum ſeptimum* properare nos jubet ceſſatio in cudenda moneta fatiſ diuturna; officina enim urbis *Cygnæ* monetaria, ſicut & aliarum civitatum, *Fribergensis, Torgensis, Lipſienſis, Annabergensis, Schneebergensis, Dreſdam, Auguſti* Electoris juffu, *translata*, nihil nobis eſt, quod heic memoremus. Hoc tamen forte non prætermittendum, reperiri groſſos a. 1612. 1613. ſequentibusq; cuſos, vulgares quidem & Electoris *Joh. Georgii I.* & fratris ejus *Auguſti*, Saxonix Ducis, *nomine*, eorundemque *Inſignibus* ſignatos, ſed quos *Cygnæ* conflatos fuiſſe, *cygnus*, ſuper ſcutum in quatuor areis diviſum *conſpicuus*, videtur arguere, idem plane in aliis nummiſ 1622. cuſiſ conſpiciendus, quamvis de iis nihil prorfus apud *Wilhelmum & Schmidium* memoriæ proditum reperire nobis licuerit. Illius iconem Tab. II. n. 21. quo facilius de eo fieri queat judicium, ære exprimi curavimus.

§. 26. Ac bene eſſet, fuiſſetque, ſi calamus heic nobis demum eſſet ponendus, & non tangenda illa fere communis per Germaniam in re monetaria calamitas, quæ & *Cygnæam noſtram* miris afflixit modis, enecavitque prope incredibilibus. Siniftro etenim & heic fato factum eſt, ut anno 1620. (r) aut potius, ut in *Annalibus* refert *Schmidius*, (s) 1621. circa *Johannis Feſtum* nova iterum exſtru-

cta

(r) Schmid, Chron. p. 38.

(s) p. 490, 491.

Etia fuerit officina monetaria, in qua improbum illud detestandumque monetæ genus, quod à *libra*, vel *instrumento illo*, quo grossos, aliamque pecuniam nummularii appendebant, sique proba graviorque indito pondere erat, lanx statim cum ea sese demittebat, (sic *kippete*) nomen accepit, das *Rippergeld* vulgo vocatum. *Dresdâ* nempe advenerat ejus *Prefectus*, *Abrahamus Prælauffius*, qui *die Lunæ post Margarethæ monetandi fecerat initium*, tantoque fervore opus istud urserat, ut *fusorum aramentorum ac fabrorum serariorum ministri* operas ipsi mutuas præstare cogerentur. Exhibuimus eorum *duos*, talem nimirum n. 23. Tab. II. non solum, qui tunc 10. valuit grossos, quod numerus 10. infra adjectus innuit, anno 1622. conflatus; sed & grossum ejusdem temporis sub n. 22. Tab. cit. ibidem cufum, in quibus hoc discriminis, ut in illo *unus* saltem *cygnus* super *tria scuta*, in hoc *tres* super *bina* conspiciantur. Sunt & alii diversique valoris ibidem signati, hisque anno 1621. cum literis circumscriptis: *Johann Georg, D. G. Du. Sax. Jul. Cliv. & Mont. Angelus* in area *scutum* tenens apparet, supraque sunt *tres cygni*, infra vero nota 20. grossorum; ab adversa: *Sa. Romani Imperi. Archim. & Elect. duoque angeli scuto* innitentes: itemque alii eodem anno cum 30. vel 40. grossorum notis, supra autem *uno* vel *tribus cygnis* insignes; de anno vero 1622. cum notis 40. & 60. grossorum characteribus additisque itidem vel *uno* saltem vel *tribus cygnis*, sub conspectum pariter venerunt nostrum. Quam volucre improbissimum istud fuerit ex aliorum summo damno captum lucrum, vel ex isto singulari casu perspicere potest, qui isti *Prælauffio*, *Dresdam* se cum reculis suis & acquisita pecunia recepturo, contigit. Dum enim silvam *Oederanam* transit, maleferiati quidam ac ex rapto vivere consueti ipsum aggrediuntur, omnibusque suis misere spoliant. Sed plura nobis heic dicturis, ac inprimis, qua ratione malum hoc serpsit, viresque indies eundo acquisiverit, ac tantas, ut anno jam 1623. nummus uncialis *decem*, ducatus vero *septendecim florenis* fuerit commutatus, suecurrit, *Clarissimum Dn. Junckerum* magna cum cura jam hocce ar-

gu-

gumentum in sua Hennebergensium Comitum Historia, quam ex Diplomatis, Epitaphiis & Sigillis improbo studio maximoque cum publici emolumento confecit, persecutum esse, optandumque oppidò esset, ut lucem publicam videat propediem. Hæcque fuerunt, quæ de Nummis Cygneis in præsens opera propemodum extemporanea commentari placuit.

CAPUT III. DE NUMMIS COBURGENSIBUS.

S. I.

AD Coburgenses nunc recto gradu pergimus Nummos, illius scilicet civitatis, quæ nobilissimum totius Franconie olim hodieque audivit emporium, non tamen hoc nomine antiquioribus æque nota temporibus, sed Trusali potius pago (a) inclusa, Trusalifstatti, aut Trufftelstatti appellatione inclaruerat: origine interea utriusque æque in ob-

(a) Ita enim Præ-Nobilis. & Jure-Consultis, Dn. Hoenniu, Amicus, Fautorque noster honoratissimus, in Chronico suo Coburgensi, (ad quod in posterum nobis frequentius erit provocandum) p. 4. de hoc negotio: Was in der Fluhrmarkung der Stadt Coburg befindlich, mag unter dem Pago Trusali, oder (wie Coburg ehedessen selbst so geheissen) Trufftersdorff begriffen gewesen seyn. Et in denominatione veterum hujus regionis locorum p. 17. inquit: Truffelstadt, oder Trusalifstatt, nun Coburg. Deque propugnaculo montano Coburgensi separatim agens p. 237: Dieser Orth aber, wo anjetzige Vestung siehet, hat vor Alters Trusalifstatt geheissen, wie dessen Zeugnis giebet das in der Chronick unter dem Jahr 1207. angeführte Document. Illud verò evolventes in Annalibus p. 15. 16. tale deprehendimus: Abbatissa (in Plesdorff) & Conventus renunciabunt omni juri, quod habebant, vel quod videbantur habere in Ecclesia & in universo burgo Choburg, quod antiquitus dicebatur Trusalifstatt. Sed quando idem laudatus Autor hujus urbis origines ad Romanorum tempora, Befoldi statibus forrè seductus, rejicere videtur, p. 187. scribens: So viel aber ist mehr als zu gewiß, daß Coburg bereits vor 700. und mehr Jahren den Namen einer Stadt, und zwar Trusalifstatt geführt, und dahero auch deswegen mit unter die ältesten, und von den Römern erbaute Städte zu rechnen, welches die End-Sylbe dieses Worts klare Anzeige giebet, indem das Wort Statt, so viel als Statib; oder Sommerlager bedeutet; mihi, qua est humanitate, vitio haud vertet, si pedem heic retraham, & incolæ ejusdem neque à Romanis, neque à Trusalis populus arcessendos esse credam, atate quippe ejusdem urbis longè recentiori, & haud ultra decimum Seculum proferenda, docentibus, si non alia suppetant

obscuro cubante; *recentius* vero, quod accepit, à largiore *vaccarum* circa *montem*, eidem imminentem, *pascua* secure deducendum esse, & quasi dicas **Kühberg** / plerique Scriptorum asseverant, scriptione præsertim veteri opinioni huic insignes ferente suppetias. (b) Paruisse eandem cum monte ab incunabulis *Regibus Germanicis*, dehinc Comitibus Hennebergicis, dubio caret; (c) *Montem* autem, sive propugnaculum hodiernum, cum *Monasterio, templo & bonis* eo olim spectantibus, per *Henricum* Sanctum Imperatorem, pulso *Henrico V. Comite Palatino, & Marchione*, quod, *fidelia* sua Imperatori & Imperio præstita servitia sibi pro meritis non fuisse compensata credens, rebellasset, donationis titulo in *Otonem* (d) **Comitem**

rationes, vel *ipsis suis Annalibus*, multa sanè cum cura congestis. Nam istud *Diploma*, quod in iisdem p. 3. 4. ad annum 1008. adducitur, ex *recentioribus* est, quod vel primo intuitu ex *titulo Episcopi Herbipolensis* elucet, *Reverendissimi*, scilicet, in *Christo Patris & Domini*, qui rectius, juxta illius temporis *stylam*, *sanctæ Wurzeburgensis Ecclesie humilis minister* (vide statim ibidem sequentem paginam 7.) efferendus fuisset; aut, veluti *Ainhardi*, sive *Eginhardi*, *Herbipolensis* iidem *Præsulis*, anno 1103. habet: *Eginhardus, servemæ Dei clementia favente, Herbipolitane sedis minister humilis*; vel, uti *Godofredi*, ejusdem sedis Episcopi, anno 1187. sonat: *Gottfridus, sola dignatione divina Wurzenburgensis Ecclesie humilis dispensator*. (Confer *Laur. Frisii Chron. Wurzb. p. 486. 529.*) Refragatur porro ejusdem *Francia Orientalis Ducis* axioma, quo, si *Mulleri* *Annalibus Saxonis* p. 23. fides habenda, primus *Godofredus* Episcopus, *Baro de Limburg*, circa annum 1144. usus est. *Præpositura* præterea & *parochialis Ecclesia Coburgensis* tunc in rebus ignotis erant. Illius temporis scribendi genio adversatur, ut alia plura in diplomate occurrentia taceam, hic ex *recentioris ætatis* jure petitus *fosculus, juramentum in animam* (non animum) *fuisse præstitum*. Quid? quod *Abbas Georgius*, (gente de *Tuna*) ibidem memoratus, ab anno demum 1497. *Monasterio Salfeldensi* præesse cœperit? *Henricus I. verò, Comes de Rosenberg*, hoc 100. anno, & non *Laurentius*, cujus itidem ibidem occurrit mentio, huic præfectus vixerit ecclesie; posteriore hoc *Laurentius* Episcopatum hunc ab anno 1495. pariter gubernante, gente antiqua & nobilissima de *Bibra*, quod oppidò norum, oriundo. Imò quid pluribus? *Abbatia Salfeldensis*, cujus in eodem mentio, ab *Annone*, *Archiepiscopo Colonienfi* anno demum 1071. erecta ac constituta fuit, unde ergo diploma *Abbatu Salfeldensi* anno 1008. conscriptum? Revocandum propterea hoc diploma ad annum 498. in *Annalibus* est, & adjiciendus eidem adhuc numerus *quadringentesimus nonagesimus*, qui ex *novita scribitur*, quod non infrequens est, erat in eodem omisissus.

- (b) Sic *Christianum*, *Advocatum in Kuberger* scriptum offendisse asseverat *laud. Hoennius* p. 47. *Chr. Cob.*
- (c) *Qua* ratione aliàs *Henricus* Sanctus, Imperator, montem potuisset *Otoni*, *Comiti Palatino* possidendum tradere?
- (d) Is ergo *primus* fuit, qui urbem *Coburgensem* cum monte ab Imperatore, *Henrico*, traditam accepit, uti equidem autumat *Nobilis, G. P. Hoennius* in *Disquisitione de Insignib. Sax.* p. 107. scribens:

tem Palatinum Rheni, & postea Sveviæ Ducem; ab isto verò rursus in forem, *Richezam*, *Miseconi* Poloniæ Regi, nuptam, sed regno postea ejectam, fuisse devolutum, alibi cum Deo propediem docebo. Hanc verò *Richezam* postea cum *Annone*, Archiepiscopo Coloniensi, transegisse, ut *codem* Salfeldensem Abbatiam, noviter ab ipso plantatam, dotaret, ex Annalibus Coburgensibus (e) & aliunde constat; ut tamen mihi persvaderi nunquam patiar, alioque tempore clarissime potius ostensurus sim, *Urbem Coburgensem*, perinde ac *Civitatem Salfeldensem* (f) in *Richezæ*, *Poloniæ Reginae*, peræque ac *Annonis*, Archiepiscopi Coloniensis, venisse potestatem, quod tamen haud obscure asserere videtur laudatus *Dominus Annalium Autor*. (g)

Y 2

Urbem

dens: Indem dieser Otto, Pfalzgraf bey Rhein, Pfalzgraf Ehrenfrieds Sohn/ vom Kayser die Stadt Coburg mit ihrer Zubehörung, ebenmäßig als wie die Stadt Schweinfurt, vererbt bekommen haben solle, wie Tolnerus aus des Glaseri Hennebergischen Chronick in seiner Historia Palatina p. 28. anzeigt: Confer Tolnerum p. 268. Et ut hoc credam, movent me *Dithmari* verba L.V. p. 373. edit. Leibnitzianæ: Rex autem (*Henricus S.*) devastata omni Comitibus (*Henrici*) proprietate, & cum beneficio late divisa, (sub qua sine dubio & *Coburgum* intelligendum) ad Baveberg venit. Ut adeo mirer, qui Tolnerus scribere queat p. 264: Coburgum autem, quod cum pertinentiis S. Annoni una cum *Salfeldia* tradidisse *Richezam*, supra diximus, num Patri ejus *Ehrenfrido*, una cum cæteris donationibus ab *Henrico S.* Imperatore, an vero *Otoni*, *Sveviæ Duci*, fratri *Richezæ*, ab eodem Imperatore, prout scribit *Seb. Glaserus*, Cancellarius, in Chronico *Hennebergenfi* traditum fuerit, nondum satis exploratum est.

(e) Ita enim legas in Annalibus Coburg. p. 5. inque diplomate ipsius *Annonis* Archiepiscopi: *Richezam*, *Reginam*, super QVIBUSDAM PRÆDIIS, SALEFELDT videlicet & COBVRGK. Et porro p. 6: Ut IPSIVS PRÆDII (non urbis) usumfructum *Domina Richeza* teneat. P. 9. in Annalibus ipse inquit: Vestiget (a. 1125.) *Adalbertus*, Erzbischoff zu *Maynz* und *Wißl.* Legarus das Kloster zu *Salfeld* in dem Besig aller seiner Güther, absonderlich des *BIRGS*, welcher *Coburg* genennet wird. In *Honorii* Pontificis bulla, anno 1126. conscripta, hæc saltem referuntur p. 11: MONTEM, qui dicitur COBVRG, cum omnibus prædiis. Atque adeo diploma illud *Adelberonis*, Episcopi *Wurzburgenfis*, anno 1075. conscriptum, non nisi de Ecclesia in monte *Coburg* est interpretandum, quod clare docent diplomatis posterioris verba p. 15. 16: Vice versa *Abbatissa* & *Conventus* renunciabunt omni juri, quod habebant, vel videbantur habere IN ECCLESIA & IN VNIVERSO BVRG CHOVRG.

(f) In Annalibus Coburg. nempe p. 6. mentio tantum fit in diplomate SALFELDE CASTELLI (non civitatis) cum universis eo pertinentibus terris & silvis &c.

(g) In Annalibus iterum Coburg. p. 5. hæcce prodens: Anno 1057. eignete Königin *Richeza* aus *Pohlen* ihre Güther zu *Salfeld* und *Coburg* (quis hæc non de Urbibus interprete-

tur?

Urbem vero *Coburgum* ab *Imperatoribus* (b) ad *Comites Hennebergenses*, qui eorum *Præfectos* ac *Judices* in *Franconia* antiquissimis temporibus egerunt; ab his vero per connubium ad *Marciones Misnia Landgraviosque Thuringie* pervenisse, eo minus dubitandum est, quo certiora hujus rei præsto sunt documenta; utque ea ipsis tamdiu, quamdiu mundus durat, pareat, votum nostrum est calidissimum!

§. II. *Coburgo* vero ut *nummos* adscribamus, persuadent mentio eorum in diplomatibus antiquioribus, itemque *Monetariorum*, qui eos, Superiorum jussu, emisertunt in publicum, frequentior; officina porro *monetaria* heic olim visenda, & aliquoties aliofsum translata; ipsorum *nummorum* in hodiernum diem copia, & quæ plurimum ad eandem olim contulerunt, subinde in hac ditione reperiæ largiores *metallifodine*. Quibus nunc expositis, universa rei nummaria ratio per *Franconiam* cognitu erit haud difficilis, nescio, an ex dignitate hætenus tractata. Sed de singulis in sequentibus seorsim.

§. III. Etenim non nudius tertius est, aut quartus, ut à primo statim ordiamur, quo mentionem eorundem in diplomatibus obviam habemus, sed multis sanè jam retrò seculis. Quando enim *Episcopus Wurzburgensis, Iringus*, *Capellam Lauterensem*, con-

tur?) Annoni, Erzbischoffen zu Cobln etc. zu. Et p. 14: Nachdem wegen der Kirche zu Coburg (quæ sane quivis lector non potest non de *Coburgensis Civitatis Templo* capere; cum tamen saltem de *templo in monte* veniant interpretanda, quod in *Annonis*, Archiepiscopi Coloniensis, tantum erat potestate.) Et in Disquisitione de Insignibus Saxonis clarius hoc adstruit p. 107: Indem dieser (Otto, Comes Palatinus) von Kayser (Heinrico) die Stadt Coburg, mit ihrer Zubehörung, ebenmäßig als wie die Stadt Schweinsurth, vererbet bekommen haben soll. - - Gleichwie aber hernachmals auf Absterben vorerwehnter Ottonis ohne Leibes-Erben, dessen Schwester Richeza, Königin in Pohlen und Pfalzgräfin bey Rhein, sonder Zweifel durch Erbschaffts Recht diese Herrschafft und Stadt Coburg, nebst Salsfeld und Orla damahlen als im Jahr 1048. überkommen, wie Tolnerus an gedachtem Orthe ebenmäßig berichtet, und solche einige Jahre, etwan bis 1056. regieret, da sie vor z ermeldte Lande Annoni, Erzbischoffen zu Cobln, durch Schenkung übergeben.

(b) In diplomate Adelberonis, Wurzburgensis Episcopi, anno 1075. mentio sub finem incipitur *Gerhardi*, Advocati in Coburg, sine dubio Imperatoris Romani

fenſu Hermanni, Comit̄ Hennebergenſis, cum omnibus juribus *Præpoſituræ Coburgenſis* anno MCLXV. publico addixit diplomate, hoc inter alia ea fecit conditione, ut Præpoſitus ſit obligatus ad perſolvendum cenſum annuum *octo librarum* MONETÆ COBURGENSIS ex certis redditibus, quos Abbas & Conventus Eccleſiæ Salfeldeniſis, cujus erat hæc ipſa Præpoſitura, acceptaſſent. (i) Viginti & 4. annis poſt, anno ſcilicet MCLXXXIX. inter *Hermannum de Pfannenſtein*, ac *Adelheidem*, ejusdem uxorem, interque Monasterium Sonnefeldenſe per arbitros, *Hermannum*, Abbatem Langheimenſem, *Conradum* de Coburg, Equitem, & *Chriſtianum*, Præfectum Gothanum, litem ita legimus compoſitam, ut iſti Monasterio *ſexaginta denarios & viginti ſex libras cereæ*, loco cenſus annui, & iſti, qui ex illis hoc pactum in poſterum non ſint ſervaturi, ſupra nominatis arbitris *triginta libras*, Bambergeniſis, vel COBURGENSIS VALORIS (*Bambergiſcher oder Coburgiſcher Wehrung*) ſolvant. (k)

§. IV. MONETAM, VALOREMQUE MONETÆ COBURGENSIS audivimus, nunc ad producendos hujusdem urbis MONETARIOS quoque pergimus. Offendimus verò id ea, qua poteſt fieri, cum ſi licitudine facientes, anno MCCCXXXVIII. REINARTVM MONETARIVM, (l) itemque anno MCLLVIII. BERTHOLDVM MONETARIVM, eodemque, quod mireris, adhuc anno CONRADVM. (m) Ex quo prono jam fluit alveo, operas hæcæ monetarias illo tempore haud ſomnolenter, aut cum oſcitantia quadam, ſed magno cum fervore, nec minore in publicum oppidò redundante utilitate fuiſſe

(i) Nobiliſs. Dn. Hoennii Chron. Coburg. Annal. p. 27.

(k) Annales Coburg. p. 31, 32.

(l) Hujus enim & Gæzii de Fullbach, Equitis, conſenſu, *Cunigunda Hoſſeria* decimam in *Einberga Venedorum* (in Windiſchen Einberg) anno 1338. Præpoſito Coburgeniſi tradiderat. Confer. Chron. Coburg. Annal. p. 66.

(m) Dn. Hoennius in Chron. Coburg. Annal. p. 89. eos, *more illius ſeculi*, quo ſolebat *nomen officii in proprium tranſire*, *Berthold Münzmeiſter* & *Cunz Münzmeiſter* vocat. Et neſcio, annon & *Eberlin Zeller*, qui eos ſequitur, nomen forte & ſuum ab *alero*, heic loeci quoque cuſis, & tunc omnino uſualibus, traxerit, quale quid de Francofurteniſibus Monetariis ſupra quoque p. 21. jam obſervavimus.

fuisse tractatas, (mm) & cum ex flore Nobilitatis (n) & ex primariis Senatoribus (o) eosdem extitisse legamus, magnæ dignationis viros simul fuisse eosdem, discimus. CONRADVM MONETARIVM anno MCCCLXX. (nescio an ejusdem filium?) vixisse reperio, (p) & cum divitiis, prædiisque, (ut solent hujus farinae homines) abundaret, sine dubio quæstivisse eundem, pro more, conjicio, qua ratione eadem communibus eximeret oneribus; sed restitit eidem, dum attentaret, Senatus Coburgensis, civesque universi, acriterque sese illi opposuerunt, ut etiam Fridericus, Marchio Misnie, diplomate publico de iisdem, ac simul etiam aliorum nunquam eximendis, illos certos reddere, necesse habuerit, quod lectu omnino dignum integrum infra afferemus. (q) Ita porro novimus, HEINRICVM MONE-
TA-

(mm) Quæ conjectura quoque est laudati Hoennii p. 148. l. c. scribentis: Und weisen bereits vor etlichen 100. Jahren die aus dem hiesiger Orthen befannde und wegen ihrer vielfältig hier herum besessenen schönen Gülther renomirte Adelige Geschlechter derer von Rosenau ohne Zweifel wegen unter Händen gehabter Münze sich den Namen der Münzmeister beylegen lassen, so ist daraus zu schließen, wie stark damals das Münzen dieser Orthen im Schwang gegangen seyn müsse.

(n) Nempè Nobilium per Franconiam celeberrimorum de Rosenau, uti mox audiemus.

(o) Siquidem hi duo inter sex illos Senatores erant, qui anno 1358. ad clavum reipublicæ sedebant, cunctaque Civitatis administrabant negotia. Confer. Hoennius p. 89. in Chron. Cob.

(p) Chron. Coburg. Ann. p. 87. 88.

(q) Ita vero habet: Wir Friedrich, von Gottes Gnaden, Landgraf in Thüringen, Marggraf zu Meissen, in dem Osterland und zu Landsberg, Graf zu Orlamund, und Herr des Landes zu Pleißen, bekennen für uns und Frauen, Catharinen, unsere eheliche Wirthin, daß die bescheiden weisen Männer, Bürgermeister und Geschworne Bürger zu Coburg, unsere liebe Getrewen, mit uns geredt haben, und nehmlich sind überkommen, als Wir ihn / durch eines gemeinen Nutzens willen derselben unser Stadt Coburg, solche besondere Günst und Gnade gethan haben, daß Wir Conzen Münzmeister, ihren Mitbürger dasselbens ewiglich, und alle, dieweil er immer lebet, denen Stadt/Gesetzen, Gewonheiten noch Rechten nicht freyhen, noch aussetzen wollen, und auch von dieser Zeit inwendig ewigen Jahren nächst aneinander folgenden denen andern Bürgern zu Coburg, reich noch arme, wer der sey, nimmer von den ehegenannten Stadt/Gesetzen, Gewonheiten noch Rechten nicht freygeben noch begnaden wollen / ohne Zuthun auch unser Bürger zu Coburg gemeiniglich mit einander, solche besondere Günst und Gnade in aller Würde und Masse, als pbeschrieben stehet, und Krafft dieses Briefes gnädiglich. Daran Wir unser Insiigel zur Urkund lassen hängen, und geben ist nach Christi Geburt dreyzehnen hundert Jahr, darnach in dem siebenzigsten Jahre, am Sonnabend nach S. Dionysii Tag. Vide Hoennii Ann. p. 87. 88.

TARIVM anno MCCCLXXXI. *primum* fuisse, qui sub nomine *ſ* officio *Consulis regentis* Coburgensi Civitati præfuit. (r) Jam verò & *isso nomine* carente *proprio*, sed ex officio, pro genio istius Seculi, gaudente tantum *adscititio*, non malè exinde conjicit Præ-Nobilis. Dn. *Hoennius*, eosdè fuisse ex familia Nobilium in Franconia per celebri, pecuniosa & antiquissima de *Rosenau*. (s) Et facile nobis esset hoc alio exemplo firmare ex vicinia, dum nempe *Fridericum & Johannem Hundium de Falckenberg*, celeberrimi alias nominis nobiles pariter in Franconia, in Episcopatu & Urbe *Wurzburgensi Monetarium* pariter *nomen olim sustinuisse* novimus. (t) Ex seculo decimo quinto anno MCCCCXXIV. obvios habemus JOHANNEM & GVN-
THERVM MONETARIOS, ex eadem nobili familia oriundos, qui eo ipso adhuc anno legatum, ob celebrandam super *Lyvini* altare in Templo parochiali missam, constituerunt. (u) His siquidem (*Heintzen und Günthern von Rosenau / Münzmeistere genannt*) *Sigismundus*, Dux Saxonie, Marchioque Misnensis, anno MCCCCXXXVI. arcem, *novam domum* (*Neuhauß*) appellatam, cum agris ante arcem sitis, itemque pagos, *Schirsnitz, Sigilreuth, Kulersroth, Rothmar, Eigennitz, Weithausen, Schetzelsdorff & Buch* pro sexies mille florenis aureis vendidit. (x) A quibus etiam sine dubio *Edicula* five *Capella Monetarium* (*die Münzmeister-Capelle*) quæ erat in *S. Maurii* Templo, Dei *Genetrici* aliàs dicatæ, nomen ad-

(r) Chron. Coburg. p. 89.

(s) P. 102. loc. cit. scribens: Das Geschlecht derer von Rosenau ist gleichfalls etliche 100. Jahr im Flor, vor Alters aber mehr unter dem Beynahmen der Monetarium oder Münzmeister, in diesen Landen beandt gewesen, hatte auch die schönsten Land-Güter um Coburg zc. Et p. 107. inter antiquissimas familias eandem referens pergit: Unter welche vornemlich zu ziehen die Münzmeister, welche, daß sie mit denen von Rosenau eines Geschlechts, ich aus alten Urkunden wahrgenommen.

(t) Ex Laur. Frisio in Chronic. Wurzburgensi pag. 54. a. ubi sic legas in diplomate: Wir Fritz und Hans Hund von Falckenberg, genannt die Münzmeister, Gebrüdere zc.

(u) Annales Coburg. p. 198. Darinnen (in der Münzmeister-Capelle, quæ Capella nobilium de Rosenau omnino fuit) war anno 1466. Vicarius Johann Sauer, und hatten a. 1424. Hans und Günther, die Münzmeistere, eine Meß auf des Lyvini Altar gestiftet.

(x) Hoennius in Annal. Coburg. p. 100.

adhæsit. (y) Ex recentioribus quos nominem, habeo nullos, præter illos, qui in *Johannis Casimiri & Johannis Ernesti*, Serenissimorum Ducum Saxonix, qui *Coburgum* olim rexerunt, *nummis*, per *Siglas*, ut solent, memoriam suam conservarunt, & quidem ab anno 1578. usq; 1608. per B. §. ab anno 1609. usque 1629. per W. A. an. 1621. per H. H. anno 1633. per M. R. ab ao. 1636. usque 1639. per E. F. S. è quibus verò *primas* per BENEDICTVM BESCHELIVM; illas anno 1633. per MARTINVM REIMANNVM, & ultimas per ERNESTVM FRIDERICVM SCHNEIDERVM interpretandas esse, aliunde cognovi; (z) quem etiam ultimum (*E. F. Schneiderum*) anno 1631. cum aliis *fisco provinciali* noviter erecto fuisse postea præfectum, ex *Annalibus Coburgensibus* quoque constat. (a) Ille autem per H. H. indicatus, sine dubio *unus ex illis* fuit, qui tempore illo calamitosissimo, quod *Kipperorum* vulgò audit, annis scilicet 1620. 1621. 1622. monetam in publicum arte sua aut *Coburgi*, aut *Neostadii*, (de qua mox pluribus agemus, unicumque hoc saltem obiter adjiciemus, calamitatem illam universam prope Germaniam pessum dedisse, deque eadem infinitas Scriptorum istius temporis exstare querelas) (b) aut *utrobique* protruserat. Recentissimis, nostrisque demum temporibus, Serenissimi ALBERTI, Saxonix Ducis, jussu, HENRICVM ANGERSTEINIVM & PAVLVM FRIDERICVM CRVMIVM *Coburgi* operas suas tum in *arce*, tum *alibi*, exercuisse, plurimorum adhuc inhæret memoriæ.

§. V. *Tempus, spatiumque* monent, ut nunc *officinas* quoque ingrediamur *monetarias*, tum *antiquas*, tum *recentiores*. Veteri ævo *visdem & Coburgum* inclaruisse, documento luculentissimo est, quod

(y) Ibidem p. 196: Vor diesen sande man in dieser Kirchen (S. Mauricii) unterschiedliche Capellen, auf Catholische Artz angerichtet, unter andern wurde eine die Münzmeisters/Capelle von ihren Stifffern also genennet, und der H. Mutter Gottes zugeeignet.

(z) Vide Schediasma meum de Nummis *Salsfeldensibus* Lit. H. 4. a.

(a) Hoennius in Chron. Cob. p. 75.

(b) De damno illo fere non reparabili legendus præ cæteris Hoennius in Chronic. Coburg. p. 246. 247.

domus quædam ibidem jam anno MCCCCXXXIV. *vetus* vocata fuerit officina monetaria, sitaque illa, ut hoc non negligamus, fuerit versus curiam Marchionum Misnia, aliàs vocatam *Advocati*, sive *Praefecti*, *domicilium*, (die Vogts-Herberge.) Verba priora ipsius Diplomatis, quod *Fridericus & Sigismundus*, Marchiones Misnenses, eam propter conscribi fecere, (c) afferemus, quoad ipsa scil. ad nostrum faciunt scopum: Wir Friedrich und Sigmund/ Gebrüdere, von Gottes Gnaden, Herzoge zu Sachsen/ Landgraffen in Döringen/ und Marggraffen zu Meissen/ bekennen für uns/ unsir beyden Erbin/ und Nachkommen, und thun kund allermänniglichen, mit diesen unsirn Brief allen den/ di ihn sehin/ oder hörin lesen/ daß für uns kommen/ der erbar, Er Johannes Cramer/ ein Altariste/ unsir lieben Frauen/ in der Münzmeister-Capellen zu Coburg/ unsir lieber andächtiger/ und hat uns demüthiglichen und mit Fleiß gebeten/ wir wollen das Hauße/ genant die alte Münze/ an der Ecke tem unsirn Hof/ den man nennet die Voyts-Herberg/ gelegen, und er wider Tizen von Lichtenstein gekaufft hat, zu denselbin seinen Altar eygen und freyen, haben Wir angesehen, ic. Recentioribus verò temporibus eandem in ipsa arce, (d) quæ, à *Joh. Ernesto*, Duce Saxonix, maximis sumptibus excitata, à *Carolo V.* Imperatore, *Ehrenburgi* nomen acceperat, ad hypocaustum, quod præfidiarios arcis milites recipit, (Corps de Garde) offendimus. Ex illo tempore autem semper *Coburgi* ista exstitit, præterquam illo *universæ Germaniæ exitiali*, quod *Kipperorum* vulgus vocat, ubi *Neustadti* à *Johanne Casimiro*, Duce Saxonix indulgentissimo, officina monetaria quædam itidem fuit erecta. (e) Serenissimi tandem

Sa-

(c) Integrum, si lubet, lege apud *Hoernium* p. 147.

(d) *Hoernius* l. c. p. 226. 227: Unten im Hof rechter Hand ist das Corps de Garde, und daß darüber commandirenden Officiers Stuben, neben dieser war chebevor die Münze, welche aber, wie unten gemeldet werden soll, in die alte Stahl-Hütte versetzt worden.

(e) *Hoernius* p. 267: Zu Zeiten Herzog Johann Casimirs war allhier (in Neustadt an der Heyde) eine Münz-Statt, worinnen mancher Thaler von seinem Gepräg gemünzet worden. Et in *Annalibus* ad annum 1621: In diesem Jahre wurde zu Neustadt an der

Z

Heyde

Saxoniae Ducis Lineae Ernestinae, ALBERTI, temporibus, domus illa, in qua superiori seculo vel *arcubus ad metam sagittas emittebant*, vel *bombardis globulos explodebant*, (vulgò die *Stahl-Hütte*) in hunc usum Praefecto Monetario fuit divendita. (f)

§. VI. Atque tales officinas posebant etiam *metallifodinae*, quibus olim hanc ditionem abundasse legimus, (g) quæque & tum, cum ab *Hennebergensibus* regetur Comitibus, & tum, cum sub *Marchionum Misiæ* erat potestate, singularibus privilegiis ab Imperatoribus fuere munitæ, & libertati transcriptæ. De prioribus siquidem constat, quod *Poppo XIII.* Comes *Hennebergensis*, anno MCCXVI. à *Fridericio II.* (non XI. uti malè typographus expressit) Romanorum Rege, privilegium super *salinas & metallifodinas* tum præsentis, tum futuras jam impetraverit; (h) ab *Henrico VII.* Imperatore non minus sequenti tempore *Bertholdo*, Comiti *Hennebergensi*, anno MCCCIX. Halæ confirmatum, consentientibus etiam in hoc beneficium per literas posterioribus MCCCX. & MCCXXI. annis, *Petro*, *Moguntino*, *Balduino*, *Trevirensi*, *Henrico*, *Coloniensi Archiepiscopis*, *Johanne*, Rege *Bohemiæ*, & *Rudolpho*, Duce *Saxoniae*; (i) pa-

Zeyde der Anfang zu münzen gemacht / und 3. und 6. Päsner, halbe und ganze Thaler, auch Groschen und Dreyer geschlagen. Wie sonst die Münze übermäßig stiege, also stiegen auch alle Victualien und Krahm-Waaren, und galt eine Kuh 200. bis 300. Gulden, ein gemein Pferd 1000. auch 1500. Gulden und darüber: Confer omnino, quæ supra in hanc rem de nummis *Gothanis* ad hunc annum jam diximus. *Thaleri* hoc tempore cusi & 40. valentis grossos, vulgo dicti *Mätzer Thaler*, iconem deprehendit L. B. in *Tenzelii Saxonia Numismatica* Lineæ Ernestinae Tab. XX, N. II. p. 287. Et mihi *minorum nummorum* ejusmodi sunt plures, alio tempore cum Deo & die in lucem à me proferendi.

(f) *Hoennius* p. 230.

(g) *Hoennius* p. 175: Massen in dem vorigen und jetzigen Jahrhundert (puta ab anno 1500.) die *Gold-Berg-Werke* zu *Steinheyde*, und *Silber-Schmelz-Hütten* zu *Lisfeld* in gutem Flor gewesen, wie unter andern deren Rudera genugsame Zeugnis mittheilen. Confer annales illos ad annum 1533. p. 152. ad annum 1541. p. 155. ad annum 1552. p. 171. ad annum 1571. p. 193. ad annum 1572. p. 197. 200.

(h) *Hoennius* p. 24. Anno 1216. empfing *Poppo XIII.* vom Kaiser *Friederichen* den II. einige Regalia und sonderliche Privilegia über *Salz- und Berg-Werke*, so damals in der *Grafschaft Henneberg* vorhanden, oder noch gefunden werden möchten. Sine dubio ex *Cyrisci Spangenbergii Chronico Hennebergensium Comitum* p. 104.

(i) *Hoennius* p. 147. & in *Annalibus* p. 50.

riaque ex singulari gratia clementissime tandem anno MCCCXXIII. conferente *Ludovico IV.* Bavaro, Imperatore optimo, (*k*) *Friderici II.* præterea, *Henricique VII.* Imperatorum, privilegia clementissime confirmante. Ex quo verò tempore in *Marchionum Misnensium & Landgravorum Thuringie* pervenisset hæc regio manus, illas *Ludovicus IV.* Bavarus, *Friderico* Marchioni & generi suo aliàs indulgentissimus (hunc verò suum generum singulari prorsus elogio ornat, & inter *Principes illustres Alemanniæ* esse asserit, in quorum *sinceritatis humeris, tanquam in columnis immobilibus, corona imperialis existit firmissime solidata*) (*l*) anno MCCCXXIX. vi aureæ cujusdam bullæ, perinde ac reliquas suarum ditionum *metallifodinas*, ab omni potestate exemit, quam integram affert toties nobis laudatus Dominus *Hoennius* in *Annalibus* p. 53. ex qua saltem huc maximè facientia verba bona B.L. cum pace transcribemus: *Concedentes sibi ac heredibus suis, Marchionibus Misnensibus, in nobile justum feudum OMNES MINERAS PRINCIPATVVM SVORVM*, ac terrarum suarum quarumcunque, videlicet in *Landgraviatu Thuringia, Marchionatu Misnensi, & terra Orientalis, & in dominio Plisenensi, quas nunc possidet, hinc retro repertas, seu cultas, ac in posterum in perpetuum reperiendas & colendas, sive sint, vel fuerint; in specie auri, argenti, cupri, ferri, plumbi, stanni, seu cujuscunque metallorum generis sint, vel fuerint, à nobis & dicto imperio tenendum, & in feudum suscipiendum de plenitudine nostre imperatorie Majestatis.* Et ut hoc majus adhuc robur habeat, idem in alio diplomate & bulla aurea, eaque, qua in *Principum dignitatem, EBRTHOLDVM, Comitesq; Hennebergenses, successores suos,* anno MCCCXXX. evexit, repetiit, in qua ita: (*m*) *Concedentes*

Z 2

ni-

(*k*) Idem *Hoennius* p. 147. & in *Annalibus* p. 50.

(*l*) Iisdem verbis postea & usus est *Carolus IV.* Romanorum Rex in suo mox infra memorando privilegio, anno 1350. conscripto, nisi quod pro *corona imperiali* ibi legatur *regia*.

(*m*) *Hoennius* in *Annalibus* p. 56.

nihilominus & conferentes propter fidem & devocionem, quam erga nos gerit, & gessit idem *BERTOLDVS*, sibi suisque heredibus in rectum & perpetuum feodum omnes aurifodinas, argentifodinas, salinas, & omnia alia metalla, quecunque quodammodo in terra sua reperta fuerint, ut in ea in usus proprios libere convertere possit & valeat, valeant atque possint, & tam ipse, quam sui heredes, sicut ad Imperium & nos spectarent, cum universis suis proventibus jure feodali perpetuo possideant & teneant, in his, quantum ad Jus Imperii pertinet, pro commodo & utilitate disponendi plenariam & liberam habeant facultatem. (n) Sed cum per *Fridericum strenuum & Catharinam* in hodiernæ stirpis *Marchiones Misnenses* transiisset hæc ditio, eandem libertatem *Carolus IV. Imperator* iisdem, *Friderico scilicet, Balthasari, Ludovico & Wilhelmo* anno *MCCCL. Budissæ* confirmavit, sed mutatis nonnullis circumstantiis & verbis, in hunc modum: *Concedimus sibi & heredibus eorum, Principibus terrarum predictarum, in nobile & justum feudum omnes mineras Principatuum suorum ac terrarum suarum quarumcunque, videlicet in Landgraviatu Thuringie, in Marchionatibus Misnensibus & terre Orientalis, & in Landsberg, in Comitatu Orlamund, & in dominio Plissenst, quas nunc possident, hinc retro repertas, seu cultas, ac in posterum in perpetuum reperiendas & colendas, sive sint, vel fuerint, à nobis vel dicto imperio tenendum & in feudum suscipiendum; (o) idem beneficium sequioribus temporibus iisdem atq; anno quidem *MCCCCLVI. Friderico III. (p) Maximiliano I. exinde, Carolo V. Ferdinando I. & Maximiliano II. Imperatoribus augustissimis, ac novissimè demum anno 1621. Ferdinando II. Cæsare, (q) clementissimè indulgentibus.**

§. VII.

(n) Hoennius in Annalibus p. 57, 58. integrum hoc ipsum affert documentum,

(o) Hoennius in Annalibus p. 72, 73.

(p) Hoennius in Annal. p. 119, ubi integrum legere est diploma *Græzii 1456, conscriptum;*

(q) Idem in Chronico p. 48, & in Annal. p. 245.

§. VII. Ad nummorum, quorum duo exempla Tab. IV. N. 69. 70. Lectorum visui exposuimus, nunc devenientes figuram impressam, ut de eadem paucis quoque agamus, haud ab instituto nostro fore, videbit facile quilibet. Exhibet verò ibidem uterque caput, ut vulgus vult, *athiopis*, ex aliorum verò mente *S. Mauritii*. Vult equidem *Nobilissimus Dominus Hoennius* antiquius Coburgense sigillum ante 400. annos usurpatum, & dum urbs Hennebergensibus paruit Comitibus, non obtulisse *athiopem*, sed *Burgum*, sive arcem in monte, (r) cum insidente eidem gallina, in memoriam sine dubio antiqui olim in monte munimenti, undeque postea urbi adhæserat nomen; sifitque illud laudatus Autor ibidem Tab. I. Num. 17. ære expressum: devoluta verò eadem civitate in *Marchionum Misnensium* potestatem, *leone flavo* in *nigro campo* (s) pro *majori*, ut vocant, sigillo, majorisque momenti rebus destinato, (t) uti subinde cœpisse; illud *minus*, quod *athiopis* caput offerret, & quotidiano inferviret usui, (u) ab anno demum MCCCC, (x) usurpasse. In hoc verò, Tabulæ IV. sub N. 85. æri inciso, circa laudatum caput legitur: SECRET DER STAT COBURCK. *Originem hujus* equidem figuræ se ignorare profiteretur toties nobis memoratus *Hoennius*, (y) ut tamen simul ipsi displiceant fabellæ, quæ vel de translatis *Mediolano* per *Coburgum*, & quidem ejusdem saltem *suburbium*, vulgo *Stetzenbachum* vocatum, *tribus sanctis*, plebi sic creditis *Regibus*, *Coloniam*, inter quos & *athiopem* fuisse volunt; vel de transeuntibus antiquitus *Coburgum nigris* ex *Oriente* nonnullis hominibus, circumferuntur. Sive ergo caput illud famosum *athio-*

Z 3

(r) Chron. Coburg. p. 128.

(s) Ibidem. (t) Ibidem. (u) Ibidem.

(x) Et non anno 1500. uti Dn. Hoennius tradere videtur, p. 128. scribens: So hat sie (die Stadt Coburg) doch darneben noch ein anderes, welches einen Mohren-Kopff im Schilde repræsentiret, zu gebrauchen im Anfange des vorigen Seculi (scribebat vero id circa annum 1696.) beliebet; se ipsum tamen sequenti pagina corrigens, referendo, daß vor ohngefehr 300. Jahren, als dieses Wapen (cum *athiope*) aufgekummen.

(y) Idem p. 128. 129. in Chronico Coburgensi inquires: Wie aber der Mohren-Kopff zu Coburg kommen, da möchte wolndsehen / dem Leser etwas zuverlässiges davon vorzutragen.

thiopis ex antiqua Domus Serenissimæ Saxonicae erga tres illos sanctos Reges, è quibus vulgo unus reputatur *athiois*, veneratione, ac singulari exinde religione, quod unus scilicet *Marchionum Misnensium*, & quidem *Theodericus*, translationi illorum interfuerit, proficiscatur, in quam sententiam B. Dn. *Tentzelium* olim inclinasse, probe memini, & non unis literis inter nos de eo actum fuit; siue, quod ratione *Urbis Coburgensis* probabilius mihi videtur, caput istud potius sit *S. Mauritii*, Urbis hujus, cum sub Papatu hæreret, pro more Seculi istius, *Patroni primarii*, (z) quiq; templo urbis hujus parochiali nomen dedit, quique, quod ex *Oriente* oriundus creditur, *athiois* specie fuisse, vulgo existimatur; sufficit, quod *ejusmodi capite* ante *trecentos*, & quod ex *nummis* nunc comprobamus duobus, forte *ante etiam diutius*, pro *insignibus* jam usi fuerint *Coburgenses*, nummisque propterea suis imprimi curaverint.

§. IIX. Id verò ulteriori adhuc, exactiorique disquisitioni subjacere facile video, an *nummi* illi primi *Coburgenses*, & quorum supra ad annum MCCLXV. ac MCCLXXXIX. jam facta mentio, quosque *Hermannus II.* Comes Hennebergensis, *Margaretha*, Florentis Hollandiæ Comitis filix, maritus, & cui, post affinis sui *Wilhelmi*, Imperatoris, obitum, Imperii Germanici fasces (a) à nonnullis Principibus oblatis dicuntur, cuique hæc *ditio Coburgensis* hereditate obtigerat, (b) nobis sine omni dubio dedit, caput etiam hoc ipsum *athiois* tunc præ se tulerint? quod vero omnino videtur consentaneum. Nam sicut tempus illud prorsus ignoramus, quo Urbs *Mauritium* Patronum venerari cœpit; ita illud multis seculis retro fuisse factum, vel *ejusdem nummis* impressa quoque *figura* persuademur, cum sciamus, emblemata in *nummis* medio ævo sine ratione non facile mutasse, & B. *Tentzelius Gotham Godehardum* suum Patronum ab ipsius statim consecratione, adeoque ab anno MCXXXV. miraculis ejusdem motam, elegisse, haud abs re & vero censeat. (c)

mi-

(z) Confer in hanc rem Chron. Coburg. p. 193, 195. 196.

(a) Hoennius Chr. Coburg. p. 25. 116. *L. Frisii* Chron. Würzb.

(b) Chr. Coburg. p. 24.

(c) Vide Suppl. ejus IV. Gorch. in præfatione super vitam Godehardi ab *H. Jucenio* edit. p. 6. 91.

Continuasse ex illo tempore *Popponem XIV.* Comitem Hennebergensem, *nummos* in vulgus mittere, *Coburgum* sedem quoque suam stantem; hocque anno MCCXCI. demortuo, *Hermannum*, Marchionem Brandenburgensem; istoque anno MCCCVIII. ad plures abente, *Bertholdum*, Comitem Hennebergensem; exindeque *Henricum XII.* non minus Comitem Hennebergensem; ab hoc vero, anno MCCCXLVII. è vivis sublato, ditione hac Coburgensi per *Catharinam*, filiam Hennebergiæ Comitissæ, in *Misniæ Marchiones* translata, *Fridericum* strenuum primum, *Georgium* dehinc, *Fridericum* postea bellicosum, Electorem & Ducem Saxonix, hujusque tandem posteros, *Fridericum* placidum & *Wilhelmum* fratrem, *Ernestum*, *Fridericum* sapientem, *Johannem*, *Johannem Ernestum*, *Johannem Fridericum I.*, *Johannem Fridericum II.*, *Johannem Wilhelmum*, *Johannem Casimirum*, *Johannem Ernestum*, *Fridericum Wilhelmum* seniore, hujusque nominis juniorem, *Ernestum* pium, *Fridericum*, *Albertumque III.* jus monetandi in eadem habuisse, dubio caret omni; ut tamen de illo exercito & cum fructu in eadem usurpato ab *Hermannò II.* & *Henrico XII.* Comitibus Hennebergensibus; *Friderico* dehinc strenuo, *Friderico* bellicoso, *Friderico* placido & *Wilhelmo* fratribus, *Johanne Casimiro* & *Johanne Ernesto* itidem fratribus, *Alberto*que III. Ducibus Saxonix, Marchionibus Misniæ, Landgraviisq; Thuringiæ, ex *annis*, quibus monetarios ipsorum vixisse, & superius dictis jam constat, (d) id paulo confidentius affirmare nunc audeamus, colligamusque certius.

§. IX. Restat, ut de monetandi ratione his in terris olim consueta, pauca adhuc subjiciamus, deducamusque illud paullo fusius, quod supra jam à nobis fuit assertum. Et hoc quidem rursus ex *secula Annalium* evolutione statim palam fit, anno jam MXXXIV. (e) & MLVII. (f) & heic locorum deprehendi **MONETÆ USUALIS** vestigia;

(d) Sunt vero anni 1338. 1358. 1370. 1381. 1424. 1436. 1578. usque 1608. 1609. usque 1639. 1680. usque 1699.

(e) Vide *Laurentii Frisii* Chronicon Wurzburgense, ubi p. 46^o. a. b. *ducentarum* itemque 50. *marcarum argenti* injicitur mentio.

(f) Pag. 6. *Annal. Cob.* ubi *centum marcarum argenti* est mentio. Suprà p. 43. §. 49. in *Gothibus* ad annum saltem MCLXVIII. progredi nobis licebat.

gia; sed hoc exinde affirmare non audemus, eam ipsam *Coburgi* fuisse conflatam, sed illa potuit esse, quod mihi verò simillimum videtur, *Imperatoria*, & aliunde huic ditioni importari, præsertim cum constet, circa illa tempora paucis Imperii Statibus hoc Regale jam fuisse ab Imperatoribus concessum. Deinde *heic locorum*, & circa *Wurzburgum* (g) moneta non alia ratione, ac supra in *Altenburgensibus* & *Gothanis* jam evicimus, nisi per *marcas, talenta, libras, fertones, uncias, solidos, denarios*, (quos quam male reddat *Laurent. Frisius* interpres hujus vocis in Chronico Wurzburgenfi, aut quisquis ille ibidem fuerit, per *Tonnen* / (h) ipse L. B. cogitet!) fuit computata. (i) Ubi notes, anno 1172. *talentum* (k) (cur *Laurent. Frisius* hoc germanicè reddiderit per *libram majorem ein groß Pfund*, non capio, credoq; sufficere simpliciter *ein Pfund* / siquidem mihi nihil hætenus neqve de *majori*, neqve de *minori libra* amplius innotuit) ex *duodecim uncis*, sive 24. *semunciis* (*Gothen*) constituisse, quod alibi, aliundeq; nobis tam clare hætenus exsculpere nondum licuit. Postea anno MCCXCVII. (l) sequentibusqve 1315. 1319. 1321. 1324. 1325.

(g) *Marcarum* enim in laudato *Laurentii Frisii* Chr. Wurzburgenfi annis 1122. 1140. 1146. 1172. 1189. 1212. 1222. 1225. 1226. 1228. 1230. 1231. 1243. 1244. 1250. 1255. 1281. 1291. 1296. 1304. 1315. 1349. sequentibusque pag. 495. a. 506. b. 512. b. 520. a. 527. a. 547. b. 550. 553. 554. b. 555. a. 556. 559. a. 562. 563. b. 565. a. b. 568. a. 586. b. 595. b. 596. a. 598. b. 610. a. 638. *Talentorum*, sive *librarum* annis 1108. 1172. 1189. p. 490. a. 523. b. 529. a. *Unciarum* an. 1172. p. 523. b. *Solidorum* annis 1130. 1276. p. 502. b. 583. a. *Denariorum* annis 1139. 1157. 1172. 1189. 1212. p. 504. b. 513. b. 524. b. 529. a. 548. a.

(h) In Chronico Wurzburgenfi p. 529. b. ubi inter alia: de promissis & acquisitis 43. lib. & 50. den. ita redditur: von den erbotenen und eroberten 43. lib. und 50. *Tonnen*. Er mox: debitum Ludovici pro Episc. 62. lib. & 11. den. so ist man schuldig Ludewigen von wegen Bischoffs 62. *Pfund* II. *Donn*.

(i) Dum nempe in Chron. *Coburgensi* Dn. *Hoennii* anno 1057. *centum marcarum* argenti p. 6. *Annal. trium denariorum* an. 1100. p. 9; 30. *denariorum* an. 1126. p. 15; 17. *marcarum* argenti an. 1207. p. 14; 50. *marcarum argenti* fini eod. anno p. 15; 4300. *marcarum* anno 1230. p. 58. *trium talentorum* an. 1235. p. 18; 70. *marcarum* an. 1252. p. 21: 1050. *marcarum* argenti an. 1260. p. 23. 24; 600. *marcarum* a. 1271. p. 28; 30. *marcarum* a. 1281. p. 30. 31. 37. quatuor *talentorum* an. 1289. p. 267. *Marcarum* præterea annis 1283. 1287. 1300. 1312. 1315. 1316. 1327. 1390. p. 27. 38. 41. 52. 63. 91. quindecimque solidorum denariorum usualis monetae *Bambergenfis* p. 39. injicitur mentio.

(k) In Chron. Wurzburg. *Laurent. Frisii* p. 525. a.

(l) Vide *Annales Coburgenses* p. 37.

1330. 1331. imo & hos excipientibus annis (m) invaluisse computa-
 tionem ad *libras halerorum*, itemqve *solidos halerorum*, (*Pfund-Hel-
 ler und Schilling, Heller*) *vigintique solidos halerorum* anno 1330.
 NB. confecisse *libram halensem*, sive *halerorum*, (n) durasseqve ean-
 dem ad annum usqve circiter MCCCLXXXII. (o) florenis grossisqve
 huic statim succedentibus. Nec aliam æstimationem Wurzburgi
 circa hæc tempora fuisse receptam, lego, nisi ad libras solidosqve
 halerorum, (p) qvem solidum halerorum seqviore tempore anno
 1396. tribus nummis albis, (q) hoc est grosso, fuisse æstimatum vo-
 lunt: eandemque ab anno 1250. ad annum 1400. viguisse, ex *Lauren-
 tii Frisii* Chronico datur colligere, hocque simul conficimus, citius
 halerorum usum Wurzburgi atq; Coburgi invaluisse, diutiusq; ibi-
 dem etiam atque Coburgi durasse; florenis contra Coburgi anno
 1353. (s) Wurzburgi verò citius & circa 1336. (t) jam usualibus.
 Hisce nunc curatius ostensis, magnum robur accipiunt exinde ea,
 quæ supra p. 24. §. XXII. de ætate halerorum contra *Excell. Ludo-
 vicum* disputavimus. Et quando ætatem ipsorum ibidem in Sve-
 via ab anno MCCXXVIII. supra p. 16. §. XVI. probatam dedimus; *Co-
 burgi* verò in Franconia, ab anno MCCXCVII. *Würzburgique* in *Laur-
 Frisii* Episcoporum *Würzburgensium* Chronico ab anno demum
 MCCL.

(m) Confer *Annales Coburg.* p. 43. 44. 47. 51. 63. 64. 65. 66. 67. 69. 72. 74. 81. 82. 83. 87. 88. 90.

(n) *Chron. Coburg.* p. 165. ubi ex diplomate a. 1330. dato *Abbatis Monchrodenis* dispalescit *quingvagesima & duos*, itemque *viginti Et octo solidos Hallenses* confecisse quatuor *libras Hallen-
 ses*, ut adeo *viginti* abfolverint *libram*.

(o) Hoc anno enim ultimam eorum mentionem reperio in *Annalibus Coburg.* p. 90.

(p) Sic *5. solidi halerorum* Episcopo solvendi erant pro *jure civitatis Würzburgensis* anno 1344. p. 6: 8. 6. Confer annum 1366. p. 644. b. 658. ubi *5. sexagenæ halerorum* sine omni dubio leguntur pro *quingvagesima* solidis halerorum: anno 1396. p. 669. a. *Frisii Chron. Würzburg.*

(q) Uti *Frisius* vult in laudato sæpius Chronico p. 669. b. *Colte von einem jeden Pfund Heller ein Schilling Zeller, d. i. drey Weiß Pfennig / nehmen.* Sed ætas illa & *al-
 tos Et nigros* ignoravit nummos, hinc *Frisii* reor hanc esse interpretationem.

(r) Nempe per annos 1250. 1278. 1281. 1288. 1291. 1294. 1299. 1301. 1304. 1310. 1315. 1323. 1327. 1330. 1340. 1349. 1355. 1354. 1357. 1366. 1380. ad annum usque 1400. pagina scilicet ibidem 565. b. 584. 586. b. 590. 594. 595. b. 57. 601. a. b. 604. b. 607. 609. 610. 613. a. b. 615. a. 614. 618. 640. 641. 644. a. b. 661. a. 679 a.

(s) Vide *Hoennii Chron. Coburg. Annal.* p. 75.

(t) *Frisii* Chronicon *Würzburg.* p. 621. a. Confer. an. 1362. 1374. 1396. pag. 645. 658. a. 669. a.

MCCCL. (u) pariter *librae halerorum* vestigia legimus, hoc simul exinde clarissime elicimus, in *Franconia* serius eorundem usum fuisse introductum, ac in *Suevia*, loco quippe ipsorum halerorum, ut supra audivimus, *nativo*; & *Wurzburgi* rursus in *Franconia* citius, quam *Coburgi*, loco quippe isti regioni *viciniori*, usum ipsorum subinde fuisse *invectum*, *toleratamque etiam ibidem diutius*, quam, ut diximus, *Coburgi*. Hoc porro certum firmumque reddimus amplius, *marcam*, uti antiquitus *pura*, & ex *argento excocto* constitit, ita sequioribus seculis & circa medium *decimi tertii* misceri cœpisse, *creescentibusque annis crevisse* & *mixturam ejus*; quod de *libris etiam & solidis halerorum* pronunciare omnino fas est, quæ sane *libra* anno 1250. bonitate interna longè præstantior fuit illâ posterioribus annis signata; ut recte proinde atq; ex vero pronunciet laudatus nobis toties *Dn. Hoennius* in *Chronic. Coburg.* p. 148: Von der *Heller Alterthum* etwas beyzubringen, so ist zu wissen/ daß man vor ein und mehr 100. Jahren (adimus: vor sunffthalb hundert Jahren) bey Kauffen, Verkauffen, und aller h. Handel sich dieser Drthen fast nichts anders/ als der *Heller*, oder sogenandte *Pfund-Heller* (welche in alten Verschreibungen *talenta*, oder *librae Hallensium*, indeme man sie ersmahls nach dem Pfunde ausgewogen/ †) geheissen werden) ingleichen der so genannten *Schilling-Heller* bedienet hatte. Es sind aber diese *Pfund-Heller* nicht allezeit in einem Werthe geblieben/ weilen selbige anfangs gut, und darauf von Jahren zu Jahren schlechter gemacht worden. Qua ratione verò aliis perfvadeat ea, quæ sequuntur, ipse videat, dum ita scribendo pergit: Dann um das Jahr 1200. galten 6. Heller einen *Schilling*; 180. Heller aber, oder 30. *Schilling*/ ein *Pfund Heller*, und dieses nach isiger Münse 3. *Gulden*/ war also ein *Heller* so viel/ als 180 ein guter *Creutzer*; damals rechnete man noch auf *Marck Silber*, deren eine 2. *Pfund* solcher *Heller* ausmachete. (*) Obstat enim, anno 1200. non in usu fuisse *libras*

(*) Ubi p. 565. b. XV. *Librarum halerorum* valoris *Wurzburgenfis* fit mentio.

(†) Consentit *Tilemannus Frisius* p. 140: Weil die Leute allezeit kein Gewichte bey sich haben können, ist eine genante *Summa Pfennige* auf 1. *Pfund* aus langen Gebrauch als 20. *Schillinge* (240. *Pfennige*) gesetzt worden, welches eine *numeraria libra* ist.

(*) Et in hoc conveniebat cum antiqua *Prussica*, ut *Hartknochius* eandem computavit. p.

bras halerorum. Supra enim docuimus, circa annum 1297. *Coburgi* & anno 1250. *Wurzburgi* earum usum invaluisse; unde ergo illi anno jam 1200? cum easdem nonnisi ab anno 1228. in *Suevia*, loco ipsorum nativo, ex *Annalibus* hactenus exsculpere potuerim. *Derrarios* tunc in usu fuisse concedo, non *haleros*. Vitium ergo *typographicum* in numeris ut lateat, oportet, & forte typographo 1290. exscribendum fuit. Ut taceam, me calculum illum nondum in *haleris* reperisse, ubi *duo talenta* confecere *marcam*; (*) *talentum* alias sic ex octo *semunciis* constitisset, quod vix concedere possumus, cum supra ostenderimus, anno 1172. *talentum* ad 24. *semuncias* fuisse computatum, ibique evicerimus, *marcam* & *libram*, medio præsertim ævo, *equipollere*, consentiente quoque *Tilemanno Frisio*: (x) nisi statuere velimus, duo *talenta*, imo duo & *semitalentum* interna sua bonitate *marcæ* puri aut etiam mixti argenti tunc respondisse; posterioribus præsertim temporibus, ubi, uti *haleri* & *nummi*, sic & *talenta halerorum* in dies deteriora fuere facta. Addit porro: Anno 1290. und etliche Jahr hernach galte ein Heller 3½ alte Pfennig / und 75. Heller 1. Gulden; ein Pfund Heller 2. Thaler nach iger Wehrung. Im Jahr 1322. machte eine Mark Silber 2½ Pfund Heller. Im 1340. und hernach machte ein Heller 2. alte Pfennig, 126. Heller einen

Aa 2

einen

520. in sua Prussia scribendo: Eine Mark hielte in sich 60. Schilling / ein Vierdung 15. Schilling, ein Schilling 3. Pfennige, 180. Pfennige machen eine ganze Mark.

(*) Supra equidem in ordinaria moneta & denariis Erfurtensibus p. 67. hoc observavimus, sed in *haleris* hoc nondum nobis fuit observatum.

(x) *Libram primum apud Saxones* 24. *semuncias* continuisse docet & *Frisius* in *Speculo Monetario* p. 140: Wann dann der Römer *Libra* allein 24. Loth hat / so acht ich, daß so oft des Pfundes gedacht wird bey den alten Sachsen, daß damit Römische Pfunde von 24. Lothen gemeynet werden. *Equipollere* dehinc cæpit *talentum marcæ*, eodem hoc prodente pag. 141: Diemeil die Römischen *libræ* in Abgang gerathen und viel geringer worden, haben vernünftige und sonderlich die Bergleute verordnet, an des Pfundes statt die *Mark*, die immer und allezeit 16. Loth haben und behalten sollen. Ob die Pfunde in fernern Abgang kämen / daß die *Mark* bey den 16. Lothen bliebe, wie solches der Text des Sachsen-Spiegels anzeigen *Lib. III. art. 45.* Da 20. pfündige *Schilling* 1. *Mark*, und 20. *Schilling* 1. *Pfund* machen, daß dero Zeit *Mark* und *Pfund* eines gewesen. Jedoch daß die *Mark* nach der Wichte und die *Pfunde* nach den 20. *Schilling* Pfennigen taxiret worden / und, nach Langheit der Zeit, die löchige *Mark* höher worden, als das *Pfund*, diemeil 20. *Schillinge* eines jeden Landes Münze ein *Pfund* machen.

einen Gilden, und hat ein Pfund Heller 1. Gilden und 9. Groschen ohngefähr gegolden. Im Jahr 1360. und nachdem galt ein Heller nicht gar 2. alte Pfennig; 135. Heller einen Gilden und ein Pfund Heller einen Gilden und 5. Pagen. Im Jahr 1400. (xx) galten 150. Heller so viel als einen Gilden; 1. Pfund aber einen Gilden 12. Kräuger. Um das Jahr 1430. galten 180. Heller einen Gilden / und ein Pfund Heller einen Gilden 3. Pagen. Und auf diese Art hat man so wol in dem Francken-Lande, als auch in der Pflege Coburg bey vorigen Zeiten die Heller und deren Pfund æstimiret. Ingenue profiteor, me plane assequi non posse, qua ratione anno 1290. sequentibusque annis *unus halerus tres & dimidium antiquos denarios valere potuerit?* nescio sane, an, si sententiam etiam invertam & dicam, tunc *unum* forte *veterem denarium tres & dimidium haleros* confecisse, res vel sic satis recte procedat, cum ex *Laurentio Frisio* (y) constet, non diu ante, anno nempe 1285. *denarium* sive *penningum* istius temporis, constituisse ex 2. *haleris*. Sique forte concesserim anno 1290. 75. *haleros* æstimatos fuisse *floreno* (ignoscat, si profitear, *florenorum* usum ad hunc annum 1290. mihi nondum hucusque innotuisse) sane *marca* isto ævo, quæ, ut supra dictum est, ex *duobus* constitit *talentis*, ex illo computo *duobus* tantum *florenis* venisset: *marca* tamen vel *mixta* etiam circa hæc tempora *septem florenis & quarta floreni* parte communiter aliàs æstimata. (z) Sane uti ista, perinde ac reliqua, ulteriorem omnino me-

ren-

(xx) Aliud plane ad annum 1407. tradit *Lauren. Frisius* in Chronico Wurzburgensi ad. annum 1407: Bischoff Johannes ließ schlagen Pfennig die zum halben Theil bestanden, 25. auf ein Loth gangen, 30 Loth ein Pfund gewest, und vier Pfund einen Gilden goltten. Zum andern Zeller, deren us ein geschickte Marek 4. Loth bestanden, 34. us ein Loth gangen, 2. einen Pfennig und 8. Pfund einen Gilden galten. Zum dritten Groschen, der sind 74. us 1. geschickte Marek gangen, einer 6. Pfennige und 20. einen Gilden goltten, die sind zum halben Theil bestanden. Nostrum non est, hæc cum superioribus conciliare.

(y) In *Chronico Wurzburgensi* p. 88. a: Das dem Bischoffe allwege von 4. Pfennigen (denarius) 3 Zeller, und das übrige nemlich 5. Zeller denen Bürgern bleiben solte. Hæc ergo si recte se habent, tunc quatuor *denarii* valere *octo haleris*, adeoque *unus denarius duobus haleris*. Quid multis? in precedente nota (xx) id totidem verbis quoque asseritur.

(z) *Frisius* in *Speculo Monetario* p. 145: Die löthige Marek (anderthalb Loth allezeit geringer als sein Silber) wie im Sachsen-Spiegel L. II. c. 26. in glossa zu sehen ist, wird taxiret auf 7. Gold/Gilden und ein Ort Goldes, cum pura æstimetur communiter *octo florenis*.

rentur disquisitionem, mihi in aliud potius tempus eandem nunc rejicienti, ex recentiori forte consignatione, computationeque, desumpta ista omnia videntur, & quidem illius monetarii, qui accurata in hisce nondum imbutus fuit notitia. Hoc novi, anno MCCCi. 1800. libras haleriorum 4500. florenos (a) & anno 1315. 430. libras haleriorum Wurzburgi 1075. florenos (b) confecisse, ex quo patet, anno 1315. unam libram haleriorum æstimatam fuisse duobus & dimidio florenis; quæso, quomodo anno 1290. sequentibusque Coburgi libra duobus thaleris potuit vendi, haleris tunc melioribus, floreno verò tunc temporis nostro thalero exacte respondente. Attendimus porrò, sicut Pontificum technis medio illo ævo omnes fere Germaniæ nostræ provinciæ rapinis, dolis, turbis fuere involutæ; ita & monetariæ rei parum cultus ac juris fuisse tunc relictum, sed potius eandem pro lubitu ferre à quavis manu illota fuisse tractatam, imo à multis prostitutam, falsam pro genuina substituendo; (c) pro captu hominum acceptam, (d) pro captu etiam eorundem rejectam. Sic enim Wurzburgensibus civibus non sufficiebat, anno 1261. Episcopi sui, Iringi, Comitis nati de Reinstein, rejecisse monetam; (e) sed eo audaciæ quoque processerant, ut proprio ausu Imperatoris ipsius, Rudolphi I. anno 1292. temerarie satis repudiarent, (ee) ut ipse proinde haberet opus

Aa 3

ad

- (a) Laur. Frisus Chron. Wurzburg. p. 69: 1800. Pfund Heller d. i. unserer Münze nach 4500. fl. denn 1. Pfund Heller ist dritthalb Gulden.
 (b) Ibidem p. 610. a: Um 430. Pfund Heller erkauft hat 1075. Gulden.
 (c) Frisus p. 57: Anno 1265. Unterstunden sich etliche Bürger unter des Bischoffs Mahmen und Gepräge falsche Münze zu machen. Hinc pactis Episcopi cum civibus insertum postea fuit: Gegen diesenigen, (Bürger) die Er (Bischoff) Verfälschung halber der Münz in Verdacht hätte, mit Recht zu verfahren. Er p. 613. Anno 1324. Wolfram von Rotenhan hielt einen bösen Huben bey ihm auf dem Schloß Rotenhan, der machte falsche Münze, dahero Bischoff Wolfram ihm alle sein Gut nahm, und das Schloß zubrach.
 (d) Frisus iterum hoc confirmat, scribendo p. 569.: Die Bürger zu Würzburg vertrogen sich wieder mit ihrem Bischoff, daß sie seine Münze frey unverbindert gehen lassen, die nehmen und geben wolten.
 (e) Testis est rursus Frisus p. 569. b. scribens: Dargegen sagten sich die Bürger, und huben an ihrem Herrn, dem Bischoffe Iringen, seine Münze, die er der Zeit hatte machen lassen, zu verschlagen.
 (ee) Frisus p. 596: König Rudolph ließ in diesen (1292.) Läuften eine Münze schlagen, die

ad ipsos idpropter ablegandi literas debortatorias, dignas, ut ex versione Frisii & heic legantur: Rudolph/ von Wittes Gnaden, Römischer König / und allezeit Mehrer des Reichs / entbeut den fürsichtigen Leuten/ Bürgermeistern/ Rath und den Bürgern zu Würzburg/ seinen lieben Getreuen / seine Gnad und alles Gutes. Aus wahrer Anzeigung hat an unser Hoheit Gehör gelanget, daß ihr/ uns und dem Reich zum Nachtheil/ vorhabt / zu gebieten und zu setzen/ daß man unsere Heller in eurer Stadt nicht nehme noch gebe. Darum befehlen Wir euren Treuen fleißig, und gebieten, daß ihr von diesem Vornehmen abstehen/ und un're Heller in ihren Gang / darinnen sie verrückter Zeit gewesen/ lauffen lassen wollet. In solchem werdet ihr unserer Hoheit einen angenehmen Dienst erzeigen. Geben zu Heilbrunn am 23. Tag des Merzen/ unsers Reichs im ersten Jahr. Neque hæc sufficiebant, sed fere pro lubitu etiam officinas instituebant monetarias, quales olim, ut circa hunc tractum saltem maneamus, Schleisingæ Wurtzburgi, (g) Bambergæ, (h) Svinfurti, (i) Schmalcaldia, (k) Hasfurti, (l) Neostadii ad Salam (m) Gerolshoffii, (n) Volckachii, (o) Fulde (p) fuisse novimus; Unde & Capitulum, ut vocant, Wurzburgense hoc pactis suis cum Episcopo postea inseruit, sibi in posterum nullibi loco-

die war zu gering / und wolten die Bürger zu Würzburg dieselbige von denen / die bey ihnen zu Würzburg kauften und handelten, nicht nehmen / sondern verbothen dieselbe.

- (g) Vide Lau. Frisii Chron. Wurzburg. p. 565. b: 583. a.
- (h) Hoennii Annal. Coburg. p. 37.
- (i) Frisius p. 557. a. & Cyriac. Spangenbergii Chron. Henneberg. p. 125; ex quo patet. circa annum 1242. officinam monetariam Svinfurtensem & Comitibus Hennebergenfibus & Episcopo Wurzburgensi fuisse communem, ita tamen, ut Comites eandem ab Episcopo Wurzburg. in feudum accipere necesse habuerint.
- (k) De cujus nummis infra. (l) Frisius p. 685. a. (m) Frisius p. 685. a.
- (n) Frisius p. 685. a. (o) Frisius p. 685. a. cujus hæc verba: Anno 1407. hat Bischoff Johannes von Egloffstein an 5. Orthen münzen lassen, nemlich zu Würzburg, durch Hansen Rünker, Conrad Wolff, und Hansen von Fulda: zu Hassfurth durch Dietrichen Mündlein und Friederichen Wenzelein; zu Neuenstatt durch Hansen Neben; zu Gerolshoffen, durch Dietrichen von Heidelberg; und zu Volkach durch Poppen Münscher.
- (p) Frisius p. 679. a. ubi mentio 4000. librarum halererum valoris Fuldenfis.

locorum, nisi in *sede sua Wurzburgi* nummos cudere licitum fore. (q) Observatu dignum & hoc porro ducimus, quod, uti *marca mixta* seculo *decimo tertio* & *heic jam* fuit recepta; ita & hoc in loco, perinde ac in *Thuringia Misniaque*, ad *marcam argenti puri* simul ad annum MCCIV. usque compurum suum formaverint; (r) Præterea, quod anno MCCCLXXIV. in *Franconia*, (s) perinde ac ad *Mænum, Rhenumque*, *grossi turoni* cum maxime fuerint usu recepti, quorum *decem* floreno valere, & 65. è *marca fuere constati*, (t) quique ad finem hujus seculi & sub initium sequentis aliquandiu durarunt; Quod heic in *Franconia* ferius omnino *grossi Bohemici* investiti fuerint, quam in *Misniam, Thuringiamque*, (†) indeque circa annum demum 1410. 1413. (u) mentionem eorum observemus; Rursus, quod non ultima *deterioris* indies *monetæ* causa fuerit, quod *Principes & Episcopi, Regali* hocce ex beneficio singulari Cæsarum gaudentes, *Senatui* vel *privatis* etiam hominibus monetandi jus, pro certo tributo monetario, vel elocaverint, vel ad tempus pro certis redditibus annuis iisdem oppignoraverint, (x) qui lucello dehinc noctes diesque inhiantes, eam exinde ita, exemplo aliorum, depravarunt, ut non potuerint magis. Ut taceam *Hussitarum motus*, qui, uti magnam *Germaniæ, Misniæ* præsertim, *Thuringiæ, Franconiæque* cladem intulerunt; ita leges monetarias non tam curate, ut antea, observandi occasionem sine

ne

(q) *Frisius* p. 694. a.

(r) *Frisius* p. 518. a.

(s) *Frisius*

(t) Laur. *Frisius* ad annum 1407. p. 185. a: Bischoff Johannes hat zum vierden Thurnes geschlagē, die sind aus seinem Silber gewest, deren sind 65. auf eine löthige Mark gangen und zu 15. Lothen sein Silber bestanden, zehen einen Gulden/ und einer 12. Pfennige golden. Indeque est, quod anno 1397. mentio fiat *veteris majoris turoni*, eines alten grossen tourneus. *Frisius* p. 669. a. 691. b.

(†) Cursum horum grossorum per omnem Germaniam supra p. 104. 105. ostendimus, illos & Prussiam esse ingresses, testis est Hartknochius p. 113: Was erslich die ausländische Münze betrifft, so sind allhie fürnemlich die breite Böh: nische Groschen gäng und gewesen. (u) Laur. *Frisius* p. 691. b. 695. b.

(x) Supra vidimus, *Gothæ officinam monetariam* a. 1350. prima vice à *Friderico gravi*: dehinc 1386. à *Balthasari Landgravio* Senatui & privatis hominibus pro certo tributo monetario fuisse locatam, in *Gothanis* p. 68. 70. Imo an. 1416. Senatui oppignorata & 1429. postea elocata rursus fuit p. 77. 78. Sic quoque officinam monetariam *Wurzburgensem* an. 1222. oppignoratam fuisse legimus apud *Frisium* p. 510. b. von solchem Gelde, so viel dessen noch vorhanden/ solte man erslich die Münze, so versetzt ware, wieder lösen.

ne omni plane dubio dederunt, malo hoc ex *Bohemia* per omnem *Germaniam* dehinc sensim ac pedetentim serpente, ut Electoribus Saxoniae ac Principibus reliquis Germaniae postea huic ingruenti malo pharmacum opponendi nullum fere amplius superfuerit consilium; in quo tamen, si fundum inspicere velimus recte, vel *Imperatores* ipsos (z) antiquioribus temporibus habuerunt praevios, calamitatibus publicis aductos, quippe qui initium fecere viliores, signandi monetam, ac conflandi Principum meliorem. Atque tantum etiam de *Coburgensibus*.

CAPUT IV.
DE
NUMMIS VINARIENSIBUS.

§. I.

Nunc de *Nummis* acturi *Vinariensibus*, in votis eqvidem habemus, ut justis de hac antiqua, (a) & quod *Comitum Orlamundano- rum*

(z) Nec id obscure significat *Frisius* p. 557. a. in Chronico Wurzburgensi, ad annum 1231: So hießen auch die Kayser und Könige in etlichen Städten neue geringe Münze schlagen, dadurch der Fürsten Münze, die etwas besser wäre, usgewechselt, ver- schmelzt und abgethan würde.

(4) Quod vel fundatio Ecclesiae parochialis in veteri urbe ad S. Jacobum anno MCLXVIII, facta docere potest, cujus memoria in lapide adhuc hodie superat versus altare in hoc ipso templo: ANNO. AB. IC. D. M. CLXVIII. DEDIC. E. H. ECCLIA. IN HONORE S. IACOBI. APTI. I. SVM. ALT. S. REL. S. PET. ET. PAULI. A. S. IOHANS. ET PAULI. M. S. V. NCENTH M. S. GORDIANI 7. EPI. M. S. CANDIDE. V. S. LIGO. DE SEPVL. C. M. ERF. NEL 7 HABVNDI M. S. NICOLAI CF. DE SANGVINE S. IOBIS PAPE. S. ANDREE APPI. S. MAVRICI M. S. GEREONIS. Hoc templum vero a *Valteri de Vargila*, Equitis, Patre & Domino de *Gleisberg* fundatum fuisse, prioremque, *Valt. erum* nempe, jus patronatus hujus Ecclesiae cum aliquot domibus & horto monasterio Monialium anno MCCXCIII; donasse, ex *Tabulis secretioribus* Vinariensibus refert Nobilissimus, mihiq; amicissimus *Maro Vinariensis*, *Salomon Franchius*, in Poëmatum suorum Fasciculo II. p. 223. Antiquitatem ejus inter alia probant, quod in diplomate A. 1293. conscripto, infraque afferendo, vocatur VEIVS CIVITAS WINMAR, nec non in alio A. MCCLXXXVIII. conscripto, quod, quia diversas denominationes veteris hujus urbis suppeditat, integrum & heic transcribemus: Nos *Conradus* Prepositus sanctimonialium in *Wechterswinckel*, I. (forte *Justa*) Abbatissa, totusq; Conventus ejusdem loci omnibus hoc scriptum inspecturis notum esse cupimus, quod nos communi consilio & consensu vendidimus & resignamus Sanctimonialibus in SUPERIORI WI-

rum ac *Vinariensium*, *Marchionum* dehinc *Misnie* ac *Landgravorum Thuringie*, *Principum* denique ac *Electorum Saxonie* electa olim esset sedes, percelebri admodum urbe exstarent *commentarii*, quos eequidem *Nobiliss. Du. Johan. Christophorum Lorberum*, *Jure-Consultum & Advocatum Regiminis ordinarium peritissimum*, meditari audivimus; Interim iisdem jam destituti, dabimus, quantum de iisdem conjecturis saltem, &, ut speramus, haud incertis, potuerimus assequi, simulqve laudatissimo jamjam nominato viro occasionem, de iisdem in posterum, oblataqve commodiori occasione, dispiciendi curatius.

§. II. *Nummos* verò *ipso*s, ut scopo nunc accedamus nostro paullo propius, quos Tab. IV. N. 7. 15. 16. 17. 18. in proscenium produximus, *Vinarienses* omnino reputamus omnes, nomen licet *hujus* non exhibeant *urbis*, sed *Domini* saltem *cudentis WILHELMI, Marchionis Misniensis, Landgraviique Thuringie*.

§. III. Nomen ergo *urbis* cum non fiant, nostrum quoque non erit, ut hac vice de origine vocis *Wimariae* (b) aut de *antiquitate illius* (c) mul-

WIMAR nostri ordinis Moguntine diecesis tres ortos, sitos in INFERIORI WIMAR, IN VETERI CIVITATE RETRO ECCLESIAM BEATI IACOBI APOSTOLI cum omni jure & proprietate, qua nos predictos ortos videbamus possidere, & ab omni impetitione no-civa predictam Ecclesiam volumus werendare, hoc adtendentes, quod cultores predictorum ortorum, sive possessores, nihil juris habent in jam dictis ortis, nec eos habere protestamur, nisi hoc solum, quod vulgariter dicimus *Landsedele*. Ut autem hujusmodi venditio & contractus a successoribus nostris firmiter & inviolabiliter observetur, presentem literam in sufficiens testimonium Sigillo Ecclesie nostre fecimus roborari. Datum Anno Domini MCCLXXXVIII, indictione sexta. Ex quo clarissime datur colligere, illo jam tempore in *veterem & novam urbem* fuisse veluti divisam. Vetus appellata fuit suburbium ante *Jacobi portam*, in qua S. Jacobi Templum exstitit.

- (b) Alii enim eandem q*l.* *Vini forum* (*Weinmarkt*): alii vero ab antiquis vocibus *Weih* & *Mar*, quasi sacrum equum aut huic locum, dictam volunt. Prius asserere videmus *Dresserum* de *Urbib.* p. 597. scribens: *Est enim latine, si interpreteris, Vini forum, sive emporium*; posterius *Job: Christ. Lorberus* in medium affert in carmine, Salomonis Franckii Poematum Part. I. praefixo.
- (c) Illa enim jam anno 975. nota conventu, ab Ottone hic celebrato, de quo *Aschaffneburgensis* ad h. a. *Otto Imperator habuit magnum conventum in Weimarc*. Ejus quoque est mentio apud *Dithmarum* in vita *Henrici Sancti L. III.* p. 348: Interim fautores Regis (*Henrici*) *Wilhelmum Comitem*, *Duci* nimis familiarem, in *Wimari* possidentes, comperto ejusdem adventu, illo festinant, ac juxta villam, quae *Ieri* dicitur, convenientes &c. Confer quae ipse ha-

multum finus folliciti. Sufficit in præfens monuisse, eandem ex Comitum *Vinariensium* & *Orlamundanorum* potestate transfisse non anno MCCCXI. (d) ut quidam volunt, sed a. MCCCXXXIX. aut MCCCXLII. (e) in *Friderici* gravis possessionem, oris libertatem in *Hermannno* gladii acie vindicantis, illumque propterea terris suis exuentis, aut potius certis conditionibus eandem ab eo acquirentis; ab hoc, anno 1349. è vita discedente, in filium *Fridericum* strenuum, & fratres *Balthasarem* & *Wilhelmum*; *Friderico* verò strenuo anno 1380. demortuo, in *Balthasarem* fratrem, hocqve anno 1406. vivis erepto in filium *Fridericum* simplicem, præ aliis in eandem animi propensi; (f) & ab hujus (anno 1440.) obitu in *Fridericum* placidum & *Wilhelmum*; ab anno verò 1445. divisione terrarum *Altenburgi* inter ipsos instituta, in folius *Wilhelmi* devoluta fuit. (g) Hic vero non minori eam benevolentia complexus est, quàm patruelis, imò, si recte rem pensitare velimus, majori. Ille enim fuit, qui anno jam 1453. statim volebat, ut ex *arcis Capella*, sive ædicula, *cathedralis* ibi fieret *Ecclesia*, illatis subinde eidem bonis ac legatis omnibus *Bibracensibus* & *Subzensibus*, itemqve *Ecclesiarum* illarum *Canonicis*, idqve consensu *Nicolai V.* Pontificis

b t de subjectione *Abels* Lib. V. p. 366. edit. Leibnitz. Anno 1299. jam igne ejusdem maximam partem periisse *Engelhusius* p. 1124. edit. Leibnitz & p. 263. edit. Mader. ad hunc annum: *Opidum Wimarum* exustum est; tradit. Eandem anno 1474 magnam partem incendio rursus conflagrasse, *Mullerius* in *Annalibus* p. 13. prodidit. Sic & *Ulricus* Comes *Vinariensis* & *Orlamundanus* an. 1112. obiit, hujusque filius *Wichmannus* anno. 1113. vixit.

(d) *Fabricius* in *Origin*, *Saxon*. Lib. VI. p. 631.

(e) *Chronicon* Comitum *Orlamund*, *Mstum*. *Dresserus* de urbibus p. 597. *Gudenus* in *Historia* *Erfurt*. ad ann. 1338. *Fabricius* v. in *Orig*, *Sax*. L. 6. ad annum 1344.

(f) Hujus enim civibus, soluta certa pecuniæ summa, anno 1407. servitia debita remisit; illis a. 1410. jus civitatis nonnullaq; alia beneficia dedit; a. 1421. iis libertatem vendendi *cerevisiam* pagorum circa *Vinariam* incolis concessit; a. 1431. iis privilegium tumultuantes civis compensandi induxit; sequentiq; 1432. anno iis domum venatoriam, in ejus fundo curia postea extructa fuit, in beneficium dedit; an. 1435. redditus publicos & ordinarios 70. marcarum argenti mixti ad 40. usque iis remisit; & ut splendorem *arci* conciliaret, an. 1439. portam *arctis lapideam* sub *Cancellaria* extruifecit, teste *Inscriptione* interiori portæ parti insculpta: A NATIVITATE DN MCCCCXXXIX SVNT HEC ARMA THVRINGICA & STRVCTVRA VALFFE COMPLETA. Vide *Mulleri* *Annal*, *Sax*. p. 4. 6, 10, 16, 18. 19.

(g) *Mulleri* *Annal*. p. 24.

ficis. (b) Neque quieverat, donec hoc ipsum arduum fatis negotium anno 1468. ad optatum perduxisset finem, eandemque per Vicarium Generalem Archiepiscopi Moguntini, ad cujus diocesim ea ipsa tunc spectabat, initiari fecisset *sex altaribus* auctam, consummatione tamen operis omnimoda ad 18. Februarii anno 1470. protracta. Neque in hoc religionis suæ quieverit ardor, sed eò insuper processit, ut eodem adhuc, quo superius cœpit, anno, (1453.) Capistrani, famosi admodum tunc Concionatoris & Monachi, cum primis consilio, *Discalceatorum Monasterium* suis è fundamento exædificaverit sumptibus; (i) *quæ quantam pecuniæ summam requisiverint, facile est cogitatu.* Ut taceam, nundinas binas Urbis consvetas anno 1451. in alios commodioresque dies ab ipso Principe indulgentissimo fuisse peculiari translatas diplomate. (k)

§. IV. Diximus *Wilhelmum* cudentem Dominum, nec alii, nisi huic *Wilhelmo* adscribi etiam possunt. Nullus enim *Wilhelmorum*, sive *sumas I. Coclitem*, sive *II. divitem*, solus præfuit cum potentia *Vivaria*; soli ergo relinquuntur iisdem *Wilhelmo III. sive forti.* In primo proinde N. 7. totidem verbis legas: WILHELMVS; in aliis N. 15. 16. literis saltem initialibus: *Wilhelmus* Dei Gratia Dux Saxoniae; in reliquis N. 17. & 18. rursus iisdem initialibus: *Wilhelmus Dei Gratia Dux Saxonie*; diversis tamen iisdem impressis figuris. Nam in primo N. 7. *corona una*, eaq; *Thuringica*, provinciae scil. illius, cui cum laude Dux & Landgravius præerat, symbolum; in duobus aliis N. 15. 16. *apex Ducatus Saxonie*, noviter recepti, & per patrem, *Fridericum bellicosum*, Sigismundi Cæsaris indulgentia, in se deducti *diptycha* cum axiomatico ipso observantur; in duobus reliquis Num. 17. 18. *Leo Thuringicus* (*aritarum terrarum* symbolum) gradiens ante

Bb 2

te

(b) Mülleri Annal. p. 29. 36. 39. 40. 47. Cujus index quoque est *Inscriptio*, quæ olim sic habuit lapidi insculpta: SVB ANNO DOMINI MCCCCLXX. COMPLETA EST FVNDATIO HVIVS ECCLESIE COLLEGIATE PER ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM DN. WILHELMVM, DVCEM SAXONIE, LANDGRAVIVM THVRINGIE, MARCHIONEM MISNIE,

(i) Mull. Ann. p. 29.

(k) Mull. Ann. p. 31.

Dominis; quid mirum, si postea *Wilhelmus*, cui post divisionem terrarum cum fratre, *Friderico* placido, sola cessit *Thuringia*, solam quoque coronam, primarie utpote suæ galeæ *Thuringicæ* ornamentum, (m) suis voluerit impressam nummis *Vinariæ* cufis? Quid absurdi subest, si, ut suos ab aliarum urbium distingueret nummis, apicem *fasciæ*, siue *pileum turbinatum*, fasciis aureis & nigris, si pingitur, serptoque transverso exaratum, pennis insuper pavoninis ornatum & coronæ insistentem, *Ducatus Saxonie* symbolum, iis insculpi curaverit, noviter susceptum axioma eodem designaturus luculentius atque antea? Quid incongrui continet, si dicamus, arte *sculptoria* nunc magis excolta, & *aviti & novi axiomatis* voluisse in nummis suis in sede sua cufis, conjuncta exhibere symbola, *leonera* scilicet & *rutam*? Quid impedit credere, si *Fridericus*, frater, antea *Isenaci* cum litera initiali nominis sui duplicata F.F. & circumscriptis verbis: YSEN & YSENA, nummos dederat; (vide Num. 72. 73. Tab. IV.) id postea & *Wilhelmum* fuisse imitatum, insculpi iisdem jubendo initialem nominis sui literam W. & circa legendas literas: ISENACH. (vide Num. 19. 20. 21. Tab. IV.) Ut tamen litem illi non intendamus, qui illos N. 17. & 18. & *Gothæ* potuisse signari, crediderit, (n) non tamen negantes, probabilius nobis videri, id *Vinariæ* fuisse factum. Sed quorsum illi nunc referendi, qui sub N. 59. adducti? Non inficias imus, & hos à *Wilhelmo* hoc III. potuisse proficisci, re nummaria præsertim restituta, siue locus ille *Vinaria*, siue *Gotha* fuerit.

§. VII. Atque uti certo satis nunc constat, illos *Wilhelminos* litera W. obsignatos *Isenaci* cum *Weissenfeensibus*, *Jenensibus*, & aliis circa 1450. usque 1460. fuisse percufos, (o) ita hos cum *apice Ducali* circa hæc tempora ad annum *MCCCCLXIII. Vinariæ* fuisse conflatos, du-

Bb 3

bio

(m) Nam inversum S. sub corona ductum saltem interpretatur pro lubitu sculptoris adjectum, donec certiora edoceamur. Fuit tempus, quo existimavimus, forte *Schmalcadiam* eadem litera innui, (vide supra p. 110.) sed causæ vix satis habemus, ut eo abeamus.;

(n) Quod ipsum & nobis aliquando fuit visum, vide supra p. 96.

(o) Vide supra p. 89.

bio exinde videtur carere, quod hoc anno adhuc *Henricus Marter-
steckius*, Principis *VWilhelmi* ibidem legatur *Præfectus monetarius*, (p)
qui etiam hoc ipso adhuc anno *Gotham* concesserat. (q) Et dum
supra observavimus, *VWilhelmum* de re monetaria annis præser-
tim 1444. 1452. 1457. 1460. 1462. 1475. 1478. (r) maximè fuisse
solicitem, quis credet, *Vinarie* operas monetarias quievissè, istis
magno cum fervore *Isenaci*, *Gothæ*, *Jenæ*, *Weiffensehæ*, *Salfeldiæ*,
alibi que tractatis? Quid, quod & *cambiator* (qui monetarius a-
lias communiter erat) olim aliquando & quidem anno 1498. *Vina-
ria* confederit? quod satis arguit, & heic monetam tunc prodiisse
in publicum. Audivimus supra quoque, quanta *Vinarie VWil-
helmus* iste heros excitaverit ædificia? quanta, bone DEUS! ad hæc
perficienda non opus habuit pecuniæ vi? quam grandi & prope-
modum infinita summa?

§. VIII. Recentioribus temporibus, & quidem *Johannis Fri-
derici I. Electoris Saxonie*, *nummulos* cum *gladiis Electoralibus*
transversim sive *decussatim positos*, & sub N. 74. 75. Tab. IV. conspi-
ciendos, ibidem quoque fuisse conflatos, dubitare nos non finit
W. litera iis impressa, quæ vix nisi per *VVinariam* explicanda erit.
Ex illo tempore vero hujus successores *Johannem VWilhelmum*, *Fri-
dericum VWilhelmum*, *Johannem VWilhelmum*, *Johannem Ernestum*,
hodieque felicissime regentem Ducem, *VWilhelmum Ernestum*, satis
largam nummorum in hac Principali sua sede dedisse messem, vel
ex *siglis monetariorum*, in nummis legendis ipsis, (s) confici potest
facillimè, urque posteritas largissimam videat, votum nostrum est
ardentissimum.

CAPUT

(p) Confer supra p. 91. 109. Sagitt. Hist. plen. p. 162. 163. Tentzel Sup. II. G. p. 38.

(q) Tentz. Suppl. III. p. 687. 689. itemque supra p. 95.

(r) Vide supra p. 82. 86. 87. 89. 90. 93. 94.

(s) Ab anno videlicet 1580. usque 1602. B. G. ab a. 1602. usque 1619. W. A. anao 1622. C. F. 1619.
G. A. 1634. C. S.

CAPUT V.

DE NUMMIS MERSEBURGENSIBUS.

§. I.

DE his nobis licebit esse brevioribus, quo pauciora de iis sunt prodita, nummis vel ipsis etiam tenus hac haud visis. Lego enim, Plur. Rev. *Olearium*, à Clar. *Tentzelio* de iis consultum, aliquando rescripsisse: *nihil sibi huc usque de nummis Merseburgensibus esse repertum.* (a) Extant equidem de hoc Episcopatu *Dithmari, Episcopi Merseburgensis*, Chronicon, Libris VIII. constans, tum à *Reinero Reineccio* A. 1580. Francofurti & A. 1606. Lipsiæ in forma majore; tum à *Johanne Joachimo Madero* anno 1667. *Helmsladii* in forma media evulgatum, tum novissime ab Excellentiss. *Godofredo Guilhelmo Leibnizio* anno 1707. emendatius in forma itidem majore editum & Tomo I. *Rerum Brunsvicensium* insertum; *Ernesti* dehinc *Bronuffii, Consulis Merseburgensis*, *Antiquitates & Chronica Merseburgensia*, duobus libris absoluta, *Budissæ*que anno 1556. in forma media & mox postea in majore quoque excusa, anno vero 1606. denuo à *Georgio Hahnio* sub incudem revocata, & ad sua tempora aucta, continuataque, ac *Lipsiæ* in forma folii, ut vocant, in lucem missa; Novissime autem *Johannis Vulpii* quoque *Megalurgia Martisburgica* *Quedlinburgi* anno 1700. in forma prodit media. Sed quantum in hac parte præsidii inde sit sperandum, vellem B. L. illos consulat ipse.

§. II. Ad nummos ipsos nos conferimus, conspicimusque hujus Episcopatus unum N. 71. Tab. IV. Exhibet hic ipse caput Episcopi, mitra Episcopali tectum, ornatumque, circumscriptum etiam

(a) Ep. MSta ad Tentzelium A. 1691.

iam literis: MERSEB. quas vel per MERSEBURGUM, vel MERSEBURGENSEM NUMMUM, interpretandas esse, dubio caret.

§. III. Ex figura illius statim porro discimus, eundem non ab urbe, quippe cujus insignia *Leonem nigrum in scuto albo*, teste autore *topographiæ Misnenfis*, (b) vel ædem cathedralem, præferunt; sed ab Episcopo esse profectum, eumque in illis esse, quos non amplius *denarios* (Tentzelii equidem ex mente) sed penningos nunc rectius dixeris.

§. IV. Ius hoc monetandi ab Imperatore quodam impetrasse, dubitare nos non sinunt aliorum Episcopatum exempla; (c) præsertim cum ex *Theodorico Niemo* sciamus, *cathedrales Ecclesias* (qualem *Merseburgensem* fuisse, quis ignorat?) inde ab *Otonis Magni temporibus* (est vero Otto I. conditor hujus, de qua agimus) multis civitatibus, castris, oppidis, villis, & multis aliis dominiis temporalibus & jurisdictionibus (quorsum & recte *jus monetandi* referas) fuisse auctas: *Archiepiscopos quoque & Episcopos Ducatibus & Comitatibus & Baronii* fuisse communitos, atque illis *nobiles & potentiores vasallos subjectos*, ut semper essent ad resistendum, etiam manu forti, *paganis & hæreticis in opportuno tempore fortiores*. *Merseburgenses* vero hoc ipsum beneficium ab *Henrico II. sive Sancto*, anno MIV. impetrasse, dato super hoc singulari privilegio, quarto Nonas Martii indictione I. regni ipsius anno II. *Walhausii* conscripto, *Ernesti Brotuffii* Merseburgensis Chronici (d) autoritate nitentes, asserere nobis licebit, præsertim cum

(b) Pag. 137. Quanquam *Vulpus* p. 70. id aliter longe describat: *Kayser Heinrich II. hat das schwarze Creuz im weissen Felde der Stadt zum Wapen gescheh. Darnach zur Zeit Bischoff Werner, da gedachter Bischoff die THÜRME 3. LAURENTII mit 4. Thürmen gegieret, hat der Rath zu Merseburg zu ihren Siegel, die Thurm Kirche mit den 4. Thürmen und mit der Halle, rund umb mit Zinnen gemauert, wie am Rathhause zu sehen siehet, überkommen.*

(c) Cujus rei haud pauca non Familix saltem suæ illustris, sed Seculi aliquando etiam decus, Generosissimus Dominus *Heinricus de Buno* in elegantissima de *Jure circa rem monetariam in Germania*, dissertatione p. 64. 65. congescit.

(d) Libro II. c. 5. & ex eo hoc refert *Joh. Vulpus* in sua *Megalurgia Martisb.* p. 64. scribens: *Kayser Henricus II. hat den Bischöffen zu Merseburg die Gerechtigkeit zu münzen*

cum sciamus, eundem Imperatorem idem jus Halberstadiensibus Episcopis aut primum dedisse, aut ab Ottone Lacquisitum denuo confirmasse.

§. V. A quo hicce ad nos pervenit Episcopo nummus, haud facile divinaveris; nostro tamen, si quod est iudicio, eundem vel à *Ceoveharo*, seu *Gerharo*, XXIX. hujus Ecclesiæ Episcopo, vel ab *Henrico IV.* Episcopo XXXI. conflatum reputamus, ex materia nummi, qua constat, argento videlicet puriori, id satis firmiter colligentes.

§. VI. Nec mihi plane est dubium, illum, quem *Cl. Tentzelius* in Colloquiis mensuris anni 1691. p. 993. & 1004. itemque ex eo *Pl. Rever. Olearius* in *Isagoge ad Nummophylacium bracteatorum* p. 33. N. LIII. prodixerunt ad *denarios veteres Merseburgenses* pertinere, licet *Tentzelius* cum *Oleario* nesciverint, quorsum referre illum haberent. Illa enim, quæ ex *Molani* Historia imaginum L. III. c. 30. p. 322. adducit, nihil plane huc faciunt. Ea vero sunt *Molani* verba: *Paucis notum est, quod antiquitus Roma, Bononia, & Viterbium, Laurentii imaginem solent moneta imprimere, ut habet Desiderius, Longobardorum Rex, in suo edicto, quod Viterbinis tulit, & à Johanne Annio Viterbiensi annotationibus est illustratum. Quale aliquid etiam Leander refert in Italia sua. Hoc autem majores fecisse puto, ut tanti viri exemplo disceremus pecunias dispergere & dare pauperibus.* In hoc imitatos hos quidem esse, Germanos existimat *Tentzelius*,
(e) nec

gen und Zälle aufzurichten gegeben, laut Briefes de dato Wallhausen A. C. 1004. quarto Non. Martii. Brotuffii MStum L. 2. c. 3. Optandum esset, extare hodie chirographum, cujus meminit Autor vitæ Dithmari p. 429: *Coniuntur tamen omnia (regalia dona) que ab Imperatore HENRICO II. acquisivit, in uno chirographo apud nos perscripta.* Hinc & ab eodem pag. ead. *Ecclesia Merseburgensis reparator & exaltationis autor* audit. Fundavit ibidem anno 1015. 15. Kal. Jan. ipse Ecclesiam, multaque ex auro & argento largissime contulit. Vide ibidem p. 429. 430. Vita Meinwerzi p. 643: *Henricus Imperator Merseburgensis Ecclesie miseratus ob reverentiam S. LAURENTII, in ædificiis, in ministerialibus, in secularibus possessionibus, in Ecclesiasticis ornamentis in pristinum gradum Pontificalis dignitatis eam restitavit.* Quod docet & *Dithmarus* p. 399.

(e) nec nos negamus; sed qui? *Merseburgenses* omnino reor, nec vana etiam conjectura. Sed dabimus prius nummum ipsum, descriptum ex *archetypo*, quod ipse possideo. In superiori area & supra arcum duæ comparent personæ, ad dextrum latus *S. Laurentius nimbo* cinctus, sinistra *palmam* præferens, cujus latus sinistrum claudit *Episcopus* mitra Episcopali tectus tunc temporis *Merseburgensis*, ad medium usque corpus, dextra pro more *pedum*, sinistra *librum* sustinens, *arcui* inscriptum distincte legimus: SCVS LAVRENTIVS. Infra *sub arcu* jacet *S. Laurentius craticula impositus*, cui duo adstant *angeli alati*, velut ipsum ab ignis vi defendentes, animamque ejusdem jam jam è corporis ergastulo emigraturam studiose observantes. Inscriptio, figuras has ambiens, fateor, à me, ob literas valde detritas, legi non potest, sine dubio! tamen continet *nomen & titulum* Episcopi tum temporis *Merseburgensis*, qui eundem cudi fecit.

§. VI. Ut vero eundem *Merseburgensem* pronunciaverim, in causa est, quod *Laurentium*, Patronum Episcopatus hujus (f) sistat eodem modo, quo *Moguntini* suum *Martinum*, & *Halberstadiensis* suum *Stephanum*. Propterea autem eundem Patronum huic cathedrali Ecclesiæ ab *Ottone* Anno 968. datum legimus, (†) quod *Hannos* die *Laurentii* anno 966. ad *Augustam* *Vindelicorum* fudisset. (g) In hujus itaq; honorem *Bruno V.* Episcopus, præsentem *Henrico II.*

(e) Ita ibidem differens: Nach diesem Exempel scheinen auch die Deutschen den Laurentium auf ihre Nummos gesetzt zu haben, wie denn auf dem bracteato der oben zur rechten Hand sitzende einen nimbum um den Kopf hat, und der *S. Laurentius* sonder Zweifel ist. Neben ihm siset ein Bischoff in der Mütze und Stabe. Ob aber die beyden untersten Crethi und Plethi sind, bin ich unbestimmert.

(f) Ex hoc capite monitum *Dithmarum* ante susceptum Episcopatum *Merseb.* per somnium: *Cade commodere cer. brum S. LAVRENTIO: quia omnes hoc agentes periculosa phrenesi percussuntur*, tradit Autor vitæ *Dithmari* p. 428, T. I, Script, Leibnitz, item p. 429. *Vulpus* p. 104. III. *Brotuffius* p. 563.

(†) Hoc enim anno Episcopatum fundatum ab *Ottone* fuisse, tradit *Paulus Langius* in *Chron. Citizenf* p. 755 *Brotuffius Chron. Mersb.* p. 486. 561.

(g) *Vulpus* p. 26.


II. Imperatore, eandem consecravit, *ejus* statua cum craticula quoque à *Johanne Bosio*, Episcopo, sub organo musico sequiori tempore in rei hujus memoriam reposita. (b) Ut taceam, nundinas die *Laurentio* sacro urbem hanc singulis annis adhuc celebrare. (i) Accedit deniq;, quod ante 23. & forte plures annos ille nummus *Lipha*, cum *Ædicula* sive *Capella* ad *D. Thomam Ædem* exstruenda esset, cum aliis fuerit sub terra repertus; ex quo colligimus, in vicinia omnino eundem fuisse percusum, scientes, nummos ejusmodi in terris longinquis nullius tunc temporis fuisse valoris supra argentum, quod continuere. Ex recentioribus eqvidem multi mihi sunt *hujus Urbis* grossi, ab anno *MDC.* usque *MDCXX.* obfiguati, sed jam festinans *Grossologia* meæ illos reservo.

Et tantum de his.

(b) Vulpus p. 28.

(i) Vulpus p 76.

FINIS.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly a title or heading.



Ve v
inc

Tabula

Rom. I. p.
K. 1. p. 2.
K. 3. p. 2.
K. 4. p. 1.
K. 5. p. 13
K. 6. p. 31
K. 7. p. 31
K. 8. p. 13
K. 9. p. 13
K. 10. p. 1
K. 11. p. 1
K. 12. p. 1
K. 13. p. 1
K. 14. p. 1
K. 15. p. 1
K. 16. p. 1
K. 17. p. 1
K. 18. p. 1
K. 19. p. 2
K. 20. p. 2
K. 21. p. 2
K. 22. p. 2
K. 23. p. 2
K. 24. p. 2
K. 25. p. 2
K. 26. p. 2
K. 27. p. 2

Vt vero sciat B. L. quorsum nummi singuli æri
 incisi IV. Tabularum additarum sint referendi, & vnde
 illorum explicatio sit petenda, heic sub finem hujus
 rei adjicere indiculum placuit.

*Tabula I. Num-
 mi.*

Num. 1. p. 2. 3. 13.
 N. 2. p. 2. 3. 13.
 N. 3. p. 2. 3. 13.
 N. 4. p. 2.
 N. 5. p. 13. 15.
 N. 6. p. 3.
 N. 7. p. 3.
 N. 8. p. 13. 15.
 N. 9. p. 13. 15.
 N. 10. p. 13. 15.
 N. 11. p. 15.
 N. 12. p. 18.
 N. 13. p. 16.
 N. 14. p. 16.
 N. 15. p. 16.
 N. 16. p. 16.
 N. 17. p. 16.
 N. 18. p. 16.
 N. 19. p. 27.
 N. 20. p. 27.
 N. 21. p. 28.
 N. 22. p. 28.
 N. 23. p. 28.
 N. 24. p. 28.
 N. 25. p. 30.
 N. 26. p. 30.
 N. 27. p. 28.

Tab. II.

N. 1. p. 34. 40. 48. 61.
 N. 2. p. 34. (62.)
 N. 3. p. 124.
 N. 4. p. 124.
 N. 5. p. 127. 128.
 N. 6. p. 127. 128.
 N. 7. p. 127. 128.
 N. 8. p. 127. 128.
 N. 9. p. 127. 128.
 N. 10. p. 127. 128.
 N. 11. p. 131.
 N. 12. p. 131.
 N. 13. p. 152.
 N. 14. p. 152.
 N. 15. p. 164.
 N. 16. p. 152.
 N. 17. p. 152.
 N. 18. p. 152.
 N. 19. p. 162.
 N. 20. p. 165.
 N. 21. p. 167.
 N. 22. p. 168.
 N. 23. p. 168.

Tab. III.

N. 1. p. 34. 39. 40. 48.
 N. 2. p. 34. 39. 40. [61]
 N. 3. p. 34. 39. 40.
 N. 4. p. 127. 128.
 N. 5. p. 127. 128.
 N. 6. p. 127. 128.

N. 7. p. 127. 128.
 N. 8. p. 131. 132.
 N. 9. p. 127. 128. 131.
 132.
 N. 10. p. 131.
 N. 11. p. 131. 132.
 N. 12. p. 131. 132.
 N. 13. p. 132.
 N. 14. p. 152. 153.
 N. 15. p. 152. 153.
 N. 16. p. 159.
 N. 17. p. 159.

Tab. IV.

N. 1. p. 3.
 N. 2. p. 93. 107. 117.
 N. 3. p. 93. 107. 117.
 N. 4. p. 93. 107. 117.
 N. 5. p. 93. 107. 117.
 N. 6. p. 110. 114. 117.
 N. 7. 109. 110. 117.
 121. 193.
 N. 8. p. 116.
 N. 9. p. 89. 116. 117.
 N. 10. p. 89. 116. 117.
 N. 11. p. 89. 116. 117.
 N. 12. p. 89. 116. 117.
 N. 13. p. 89. 116. 117.
 N. 14. p. 89. 116. 117.
 N. 15. p. 116. 193. 195.
 N. 16. p. 116. 117.
 193. 195.
 N. 17. p. 93. 96. 193.
 195. 197.
 N. 18. p. 93. 96. 193.
 195. 197.
 N. 19. p. 89. 197.
 N. 20. p. 89. 197.
 N. 21. p. 89. 197.
 N. 22. p. 89. 93. 114.
 N. 23. p. 89. 93. 114.
 N. 24. p. 89. 93. 114.
 N. 25. p. 89. 93. 114.
 N. 26. p. 89. 93. 114.
 N. 27. p. 93. 96. 114.
 N. 28. p. 93. 96. 114.
 N. 29. p. 93. 96. 114.
 N. 30. p. 93. 96. 114.
 N. 31. p. 93. 96. 114.
 N. 32. p. 93. 96. 114.
 N. 33. p. 93. 95. 97.
 97.
 N. 34. p. 93. 95. 96.
 97.
 N. 35. p. 93. 95. 96.
 N. 36. p. 96. 100.
 N. 37. p. 97. 112. 164.
 N. 38. p. 97.
 N. 39. p. 97. 112. 164.
 N. 40. p. 97.
 N. 41. p. 98. 100.
 N. 42. p. 102. 114.
 N. 43. p. 102. 114.

N. 44. p. 102. 114.	N. 54. p. 100. 102.	N. 65. p. 121.	N. 76. p. 98.
N. 45. p. 102. 114.	N. 55. p. 100. 102.	N. 66. p. 121.	N. 77. p. 89. 93.
N. 46. p. 102. 114.	N. 56. p. 100.	N. 67. p. 121.	N. 78. p. 89. 93.
N. 47. p. 102.	N. 57. p. 100.	N. 68. p. 121.	N. 79. p. 89. 93.
N. 48. p. 164.	N. 58. p. 100.	N. 69. p. 181. 182.	N. 80. p. 89. 93.
N. 49. p. 164.	N. 59. p. 117. 197.	N. 70. p. 181. 182.	N. 81. p. 89. 93.
N. 50. p. 164.	N. 60. p. 104.	N. 71. p. 199.	N. 82. p. 89. 93.
N. 51 p. 164. (163).	N. 61. p. 104. 105.	N. 72. p. 89. 197.	N. 83. p. 89. 93.
N. 52 p. 100. 102. 114.	N. 62. p. 121.	N. 73. p. 89. 197.	N. 84. p. 98.
N. 53. p. 100. 102.	N. 63. p. 121.	N. 74. p. 198.	N. 85. p. 181.
114. 163.	N. 64. p. 121.	N. 75. p. 198.	

Corrigenda.

Pag. 24 lin. 4. lege *se* pro *sibi*, p. 34. l. 12. *sumus* pro *simus*, p. 35. l. 15. explicandos, p. 39. l. 22 III, pro I. p. 48. l. 16. Tab. III. pro II. p. 49. l. 16. cucurrisse, p. 90. l. 3. *Quadr*aginta viginti octo, p. 104. l. 4. cucurrisse, l. 12. fuerint, l. 13. una, p. 122. l. 10. conductum, p. 164. l. 24. Tab. II. pro I.



